



CAROLI LUDOVICI STRUVE,

DIRECTORIS QUONDAM GYMNASII URBICI REGIMONTANI

OPUSCULA SELECTA

[illegible]

JACOBUS THEODORUS STRUVE,

[illegible] LITTERARUM ROMANARUM [illegible]
[illegible]


VOL. I.



LIPSIAE

SUMPTIBUS ET TYPIS B. G. TEUBNERI.


MDCCCLIV.



CAROLI LUDOVICI STRUVE

OPUSCULA SELECTA.

VOL. I.



CAROLI LUDOVICI STRUVE,

DIRECTORIS QUONDAM GYMNASII URBICI REGIMONTANI,

OPUSCULA SELECTA

EDIDIT

JACOBUS THEODORUS STRUVE,

PHIL. DR., LITERARUM ROMANARUM PROF. P. E. O. IN CAESAREA UNIVERSITATE CASANENSI.

VOL. I.







LIPSIAE,

SUMPTIBUS ET TYPIS B. G. TEUBNERI.

MDCCCLIV.

FRIDERICO GEORGIO GUILIELMO STRUVE,

DIRECTORI SPECULAE PULCOVIENSIS, PATRUO CARISSIMO,

S. P. D.

JACOBUS THEODORUS STRUVE.



Opuscula haec Selecta Caroli Ludovici Struve, fratris Tibi dilectissimi, post diuturnam temporum importunitatem tandem aliquando in lucem edens, quis est, quem lubentius, verius et melius compellem, quam Te, Optime Patrue, quem patrem, amicum, studiorum meorum fautorem toto animo colere pietas me docuit. Tu puerum me, quem, patre carissimo Ernesto praematura morte abrepto, Ludovicus patruus adoptaverat et Dorpatum secum adduxerat, post funestum alterius patris benignissimi obitum in familiam Tuam recepisti, una cum filiis tuis educasti, literis et praeceptis imbuisti, et quum vidisses ad studia antiqua lubentissime adpellere animum juvenis, horum studiorum, quae ipse olim colueras, et a quibus ne nunc quidem animum abalienasti, amorem Tu in me et excitasti et fovisti. Examen candidati philosophiae postquam a. 1837. in Universitate Dorpatensi absolvi, Tua benignitas fecit, ut per biennium in Germania peregrinarer, ut et cognatos reviserem dilectissimos et viros in literis nostris summos prope cognoscerem. Sic quum, invitante Carolo patruo, Regimontium me contulissem, singulari casu factum est, ut extremis hujus diebus interessem, moribundi postrema verba exciperem, mortui oculos clauderem, et justis factis scrinia ejus et gravissimos libros ex bibliotheca ejus ad hastam emptos, Te auctore, mecum auferrem. Inde ex illo tempore, hereditatem nactus literariam Patrui optimi, et ab eo quodammodo nostrarum literarum mysteriis initiatus, postquam in Russiam reverti,

quum imitatione adsequi summum parentem, tum Opusculis ejus colligendis, adornandis, ex scriniis complendis monumentum erigere defuncto aere perennius, et mihi quidem animus semper fuit, et Tu identidem me monuisti. Verum enim vero „habent sua fata libelli!“ Quum abhinc undecim annis in Praefatione Emendationum et Observationum in Quintum Smyrnaeum Selecta Patrui Opuscula edendi consilium cum viris doctis communicarem, certe non credidi, tantum praeterlapsurum esse temporis, donec evulgaretur opus. Attamen multa obstacula ex illo tempore superanda mihi erant, quum et sequenti anno Casanum, in remotissimam Europae ad Orientem versus Musarum sedem delatus, procul abessem a majore literarum commercio, et, id quod gravissimum erat, redemptorem edendi operis diu frustra quaererem. Quum denique ante hos sex annos inchoata, sed saepius aliis studiis interrupta, perficere tandem aliquando mihi contingeret, hoc in turbulenta illa Occidentis tempora incidit, ubi quum in omnibus rebus, tum in commercio literario quam maxime est trepidatum. Postquam librum absolutum a me Tibi tunc missum per quatuor annos retinuisti, laetius semper exspectans tempus, quo bibliopolis tradi posset, rogante me sub finem a. 1852 remisisti, Tuas addens novissimas in Vitam Patrui adnotationes, quas quanto gaudio exceperim, facile animo Tibi fingere poteris. Verum traditum mihi tunc professoris literarum Romanarum munus et susceptum proximo abhinc anno iter in provincias Balticas ad Te cognatosque et amicos dilectissimos revisendos diu animum avocaverunt a secundis curis operi impendendis. Dum vero ante hos duos menses idoneum otium nactus, ad Vitam retractandam me confero, literae a Te mihi redditae sunt, quibus certiorem me facis, virum in literis nostris Clarissimum, Fridericum Ritschelium, quocum familiaritatem iniveras proxima aestate Bonnae, auctoritate sua libenter interposita, persuasisse B. G. Teubnero, biblio-

polae Lipsiensi, Viro de edendis scriptoribus classicis Meritissimo, ut redemptorem nostri se fore operis promitteret. Maximo hic nuntius gaudio me perfudit, acrem cunctanti stimulum ad absolvenda inchoata subjecit. Itaque secundis curis Vitam patrui pertractavi, opuscula selecta denuo recensui, jamque totum opus ad Te mittens, haec habeo, quae de modo ac ratione, quam in digerendis opusculis inii, dicam.

Distribui totam edendorum programmatum materiam in partes tres, criticam, grammaticam et lexicographicam, literariam. Quarum in prima parte, eaque amplissima, dedi omnia ejus opuscula critica, quotquot programmatis continentur, ita tamen, ut quae in eundem scriptorem adnotationes per varia opuscula dispersae erant, colligerem et secundum librorum ordinem componerem. Adjeci his nova multa ex scriniis ejus deprompta, praesertim e schedis Additamentorum ad Schneideri Lexicon, quorum complura pro inchoatis duntaxat habenda addere non sum gravatus, quippe ex quibus judicium viri illius acre et subtile optime perspici possit. Itaque multis numeris auctae sunt emendationes in Quintum Smyrnaeum, Oracula Sibyllina, Lucianum, Hippocratem, Scholia in Homeri Odysseam; ex quibus notae ad Luciani Jovem Confutatum, quae usque ad cap. 15. pergunt, conscriptae ab eo videntur esse, quum editionem hujus dialogi pararet. Primum in lucem prodeunt emendationes in Oracula varia, apud Pausaniam et Eusebium obvia, in Manuelem Philen, Aelianum, Procopium, Heliodorum, Aristaenetum, Eratosthenem, Phurnutum, Galenum, Physiognomicos, Lexicographos, Scriptores Ecclesiasticos. In Manuelem Philen aliosque Iambographos seriores non exiguam emendationum messem Patruus addiderat Programmati de legibus prosodicis et metricis horum poëtarum [Progr. XVI. Regim. 1820.]. Quas hic dedi adnotationes, in schedis ejus Addendorum ad Schneideri Lexicon passim re-

peri. Monendum tamen mihi est, plures observationes et emendationes, quas integras ex schedis horum Addendorum recepi, paucis adumbratas jam legi in Supplemento tertiae editionis Lexici Schneideriani.

De varietate lectionis, quam exhibui, Codicis Regimontani Librorum Sexti Empirici adversus Mathematicos haec praemonenda mihi sunt. Dixi in Vita Patrui de studio, quod in Sextum Empiricum quondam contulerat, de consilio novae editionis et de Codice Regimontano, quem passim in programmatis maxima cum laudatione commemorat. Codicem hunc, descriptum a Viro Summo, Immanueli Bekkero in praefatione editionis recentissimae [Berolini, 1842. 8.], Patruus conferre incepit cum editione principe Henrici Stephani [Aurel. 1621. Fol.] a. d. XII. Cal. Maj. a. 1817, hancque collationem postea denuo perlustravit. Lectiones variantes et lemmata margini exemplaris editionis principis adscripsit, ratione habita omnium locorum, quos Fabricius aut ex codicibus aut ex ingenio emendaverat. Quum vero hanc illius codicis collationem conferrem cum lectionibus variantibus, quas ex illo notatas Bekkerus cum viris doctis communicaverat, non inutile fore putavi, si paucis adnotarem, quae ab editore novissimo vel praetermissa, vel aliter lecta sunt. Eodem modo Bekkerum quoque multa vidisse, quae Patrui aciem effugerant, non est quod mirere. In notandis autem singulis hanc viam elegi, ut lectiones variantes ex nostro codice a Bekkero diserte laudatas, et pariter lectiones inde in textum translatas ita, ut aliorum codicum lectiones variantes indicatae essent, omitterem, neque etiam de iis locis quidquam dicerem, ubi Cod. Reg. ab editione principe decedens conspirat cum lectione, quam ex suis codicibus recepit Fabricius. Lectionis varietatem libri primi et secundi Patruus ipse composuerat in schedis Additamentorum; ceterorum librorum lectiones descripsi ex margine exemplaris editionis principis, non gravatus minores quoque

discrepantias indicare, ut accentum, apostrophum, ν̄ ἐφελκυστικὸν vel omissum vel additum; unde patebit, saepius Bekkerum in rebus minutis priorum editorum textum tacite correxisse, quum praesidium hujus correctionis ex cod. Reg. petere potuisset. Lemmata quoque marginis addidi et titulorum rationem. Notandum est, iota subscriptum in hoc codice non apparere, quod, a Bekkero quoque omissum, perspicuitatis causa addidi. Adjeci his lectionem variantem Sexti Disputationis Antisceptieae περὶ ἀγαθοῦ καὶ κακοῦ, enotatam a Patruo ex eodem illo Cod. Reg., cui in fine additum est hoc opusculum. Etiam hanc lectionis varietatem publici juris facere voluerat Patruus in Additamentis; quam ob causam accurate eam excusserat, indicatis iis, quae aliter exhibentur in editione Diogenis Laërtii Colon. Allobrog. 1616. 8., ubi hoc opusculum legitur inde a pag. 863., in Galii Opusec. Mythol. p. 704. sqq. et in Fabric. Bibl. Gr. T. XII. p. 617. sqq. Brevitatis causa hae editiones insignitae sunt literis C. G. F., quibus accedit R., codex Regimontanus. Praemissa autem est in hoc codice, ut fere in libro Cizensi apud Fabricium, haec nota: δωρικῆς διαλέκτου ἐντεῦθεν ἕως τοῦ τέλους. ζητεῖται δὲ, εἰ καὶ τὸ παρὸν σύγγραμμα Σέξτειόν ἐστιν. Deest inscriptio, quam in edd. Colon. et Gal. legimus.

Opuscula haec critica perlustrans miretur forsan aliquis, pauca tantum de Latinis poetis inesse, in quibus multum versatum esse Patruum notum sit. Sed, quamquam olim et in Juvenale multum operae collocavit, et de edendo Propertio cogitavit, id quod demonstrant et initium editionis et collatio codicis Helmstadiensis, quae in schedis asservantur, tamen, quum posteriore tempore plane derelicta haec ab eo fuisse sciam, notata ejus ex schedis depromere nolui.

In altera parte, qua scripta quaedam Patrui ad grammaticam et lexicographiam spectantia composui, nova est disputatio ejus de adjectivis verbalibus, quam communica-

tam cum V. D. Ludovico de Sinner fusius exposuit V. D. Henricus Martin in editione Francogallica Grammaticae Graecae Augusti Matthiae. Utramque hanc disputationem me recepisse, non ingratum fore viris doctis credo. Addidi Catalogum adjectivorum verbalium, quae, praetermissa a Schneidero in Lexico, Patruus collegerat in Additamentis, in schedis Luciani Jovis Confutati et in margine exemplaris Lexici Schneideriani. Additamentorum autem Lexici hujus, de cujus operis indole ac ratione fusius locutus sum in Vita Patrui, specimina duo, ab ipso jam edita, aliquot supplementis auxi, nec tamen ultra priores duas literas, quas ipse secundis curis pertractaverat, ausus sum progredi. Tertia denique parte, quam Opuscula literaria inscripsi, scripta nonnulla Patrui exhibui, in quibus de indole et fine carminum quorundam antiquorum locutus est, eaque fere omnia Germanica lingua conscripta; quae, ne nativum iis colorem adimerem, Latinis verbis exprimere nolui. Eandem ob causam etiam utramque de Dionysio Halicarnasseo disputationem et adnotationem ad locum quendam Hippocratis patria lingua scriptas non attrectavi.

Sciens vero multa ex Patrui opusculis adhuc praetermisi, quae sane pari jure typis merentur repeti, ut quae de re metrica agunt et gravissimas ex ejus censuris. Quodsi, ut est in votis, haec Opusculorum series benignum virorum doctorum tulerit plausum, facile tertium volumen, quo praetermissa illa recipiantur, parandum curabo. Praemisi Opusculis uberiorem de vita et scriptis C. L. Struvii notitiam, in qua quum imaginem Patrui, quantum possem, veram et vividam exprimere studerem, Tu et crebris sermonibus, de vita et indole ejus habitis, me adjuvisti et literas ejus omnes, lectu jucundissimas et Vitam conscribenti gravissimas, quibus ille de omnibus rebus suis, de vita domestica, de muneris ratione, de studiis literariis Te, fratrem dilectissimum, certiorem facere solebat, benignissime mecum communicasti,

et denique, ut omni ex parte perfecta esset defuncti imago, identidem scripta mea perlustrasti. Adjeci Vitae enumerationem scriptorum Patrui ex annorum ordine dispositam.

Librum autem manibus Tuis tradens, non possum non grato animo recordari virorum illorum eximiorum, quorum ut amicitia et praesidio in omnibus rebus meis, ita consilio et auctoritate in hoc opere condendo sum gavisus. Friderici Graefii, erepti eheu! nobis et literis nostris abhinc biennium, quis „desiderio sit pudor aut modus, tam cari capitis?“ In quo quam feliciter junctae fuerint ingenii acies, judicii elegantia cum singulari humanitate omnes sciunt, qui eum noverant. Et Theodorum Freytagium, discipulum olim, mox amicum Patrui, multum me in opere meo adjuvisse laete fateor. Utinam viro illi, de literis apud nos meritissimo, quem gravis morbus in patriam reverti coëgit, fata benigna adspirent! Gratias vero maximas ago Viro Egregio, Doctissimo, Ludovico de Sinner propter singularem humanitatem, qua non tantum per literas suam de edendis Patrui Opusculis sententiam mecum communicavit, certam de variis ejus studiis notitiam mihi paravit, verum etiam integram programmatum ejus seriem, qualis vix alii ulli est, et epistolas a Patruo sibi datas, meo usui liberalissime commisit. Denique pietas me impellit, ut senis meritissimi, Christiani Beckii memoriam revocem, qui proxima aestate Helsingforsiae familiaritate et amicitia sua me dignatus, quum Patrui amicus fuisset, ingenue a me impetraverit, ut Vitam Caroli Struve a me scriptam sibi recitarem. Multa ille tum egregia ex amplo suo doctrinae et experientiae thesauro mihi tradidit, quae grato animo servabo, non exiguum Fortunae munus id mihi ducens, quod excipere verba venerandi senis, quem vigente animo corporis vires jam deficiebant, inter paucos mihi contigit. Paucis abhinc mensibus invida mors illum virum nobis surripuit cum magno non tantum suorum luctu, sed omnium,

quibus per longam vitam amicus, consultor fuerat. Have candida anima!

Jam, postquam intimo ex animo deprompsi verba, Pater Optime, quae et pietas et ipsa res efflagitabant, restat, ut votis sinceris prosequar librum meum in lucem proditurum. Benigno utinam excipiatur virorum doctorum assensu, sitque dignum dignissimo parente monumentum, posteris dicturum, qualis quantusque fuerit in literis nostris! A lectore benevolo autem veniam impetrem oportet, si propter subsidiorum penuriam in ordinandis et digerendis singulis hic illic erravi.

Dabam CASANI Idibus Februariis A. MDCCCLIV.

VITA CAROLI LUDOVICI STRUVE.

Adjecta est enumeratio scriptorum ejus ex annorum ordine disposita.

Vitam moresque Caroli Ludoviei Struve, patrui mei, descripturus, timeo, ne in utramque incurram reprehensionem, quae et ex ingenii inopia et ex nimio pietatis studio oritur. Quo magis enim vir aliquis, singularis animi corporisque dotibus praeditus, vulgarem, qui hominibus esse solet, facultatum modum exeessit, et assidua ingenii morumque cultura ad majora proveetus, inter paucos istos referendus est, quos solos angustiore voeabuli notione viros appellari aetas vult: eo diffieilius nobis erit, imaginem hujus viri verbis exprimere et omnia vitae ejus momenta ita componere et adornare, ut, qualis quantusque fuerit, eluceat. Ex altera autem parte ei, quem eonsanguinitas ac pietas cum hoc viro conjunxit, cavendum est, ne splendidis radiis ingenii ejus, quem prope spectare et admirari contigit, ita occaecetur et irretiatur, ut animum non advertat ad eas partes, quae e longinquo sobrie contemplanti minus nitere videantur. Ideo venia a leetoribus benevolis petenda mihi est, si et pro ingenii mei imbeeillitate infra sublimiorem, unde de hoe viro judicari oporteat, loeum substiterim, et alto pietatis sensu duetus, gratioribus eoloribus imaginem ejus delineem.

Natus est Carolus Ludovicus Struve d. 2 Maji mensis a. 1785 Hanoviae patre Jacobo, rectore tum Lycei illius urbis, matre Maria Emerentia, filia ecclesiastici Lutherani Wiesii, qui rerum sacrarum antistes Steinbeckiae, vico Holsatiae prope Hamburgum sito, obiit. Sub tutela et cura patris, qui in disciplinas philologieas, theologieas et mathematicas pari studio ineumbebat, multaque egregia doctrinae specimina edebat, et etiam hodiernas linguas, ut Francogallicam et Anglicam, penitus cognitas habebat, in sinu indulgentiaque matris piissimae, bene eruditae, Carolus, libe-

rorum natu maximus, laeta incrementa cepit. Egregiae pueri dotes jam mature proruperunt. Sic miro quodam casu factum est, ut quarto aetatis anno, antequam literarum formas cognovisset, syllabatim eas efferre posset. Erat enim ex adverso domui paternae schola, ubi elementa ediscebantur. Jam quum aestatis tempore apertis fenestris exercitationes illae haberentur, puer, in aditu domus cum fratribus ludens, has excipiebat et magno cum gaudio matri miranti ea, quae didicerat, repetebat. Sub finem anni 1791. pater cum tota familia in patriam Holsatiam se contulit, ubi munus directoris Gymnasii Regii Christianei, quod Altonae floret, traditum ei erat. Carolus, septimum tum aetatis annum agens, in tertiam hujus scholae classem receptus est. Praeter lectiones, quibus in schola intererat, privatis exercitationibus, a patre cum eo aliisque pueris institutis, ardens ejus animus magnopere excultus est. Erat patri eximia docendi methodus, quam mira simplicitate et acie puerorum animos impulisse et excitasse, adolescentes ad altiora studia inflammasse, quum omnes ejus discipuli, tum maxime filii pio animo saepe postea professi sunt. Sic aliquot annis cum filio Carolo et Henrico Schumachero, posthac cum filio Guilielmo aliisque, mathematicas disciplinas, etiam reconditiores, accuratissime pertractavit. Inde ardor et studium, quibus Schumacherus et Guilielmus ad astronomiam conversi, temporum decursu summam in ea disciplina laudem assecuti sunt. Quin etiam Carolum ingenium ad studium mathematicae propensum, si totum se his disciplinis tradidisset, inter insigniores posuisset ejus scientiae viros, quam philologus animi potius relaxandi causa per totam vitam colebat. Anno 1794 in secundam classem transpositus est Carolus, anno 1796 in primam provectus. Hic summo cum studio literis Graecis et Latinis operam navavit ducibus patre et Viro Doctissimo G. E. Klausenio, cui quantum deberet, grato animo elocutus est quadraginta annis post, quum anno 1836. senex ille Klausenius, qui etiamtum professor et rector erat gymnasii Christianei, decem lustra in munere feliciter exacta celebraret, missa dissertatione suavissima, in qua a piis pro praeceptore sene votis conceptis exorsus, de nonnullis carminum Horatii strophis subditiciis

festivam sententiam exprompsit. Fervens illo tempore pueri ingenium saepe in iis, quae a praeceptoribus proponebantur, explicationibus non acquiescebat, sed ipse locorum obscuriorum sensum eruere studebat, neque raro silentium ei imperandum erat, ne coram condiscipulis perpetuis quaestionibus docentem nimis urgeret. Anno 1798 in selectam, quae vocatur, gymnasii illius classem intravit, unde, principiis variarum, quae in universitate traduntur, disciplinarum imbuti, juvenes in academiam se conferunt. Iam multum temporis privatis studiis consumpsit et majorem partem Graecorum ac Romanorum historicorum assidua lectione cognovit. In schedis ejus asservatur scriptio de hymno Mesomedis in Nemesin, eaque ad patrem conversa, ut putes hanc unam esse ex iis, quas tum privatim patri tradere solebat. Annum aetatis agens quartum decimum, die natali Augustissimi Daniae Regis Christiani Septimi, quem diem sollemni actu in gymnasio celebrabant, primum oratorem publicum se exhibuit et oratione versibus vernaculis habita magnam omnium, qui adfuerunt, laudem adeptus est. Pater prior locutus erat; auditorum vero sententiae in eo convenerunt, ut patris orationem pulchram et bene perpensam dicerent, filium vero versibus suavissimis animos omnium acriter perculisse affirmarent. Etiam haec oratio in schedis superest, et spero fore ut tempus et locus mihi sit, ut eam cum aliis carminibus ab eo scriptis, quorum nonnulla sunt lectu dignissima, evulgem. Postremo, quo in gymnasio Christianeo erat, anno 1800 primum in ecclesia publice concionandi periculum fecit apud avum Wiesium Steinbeckiae, omnesque juvenis quindecim annorum severitatem et dignitatem admirati sunt. Verum non solum in excolendo ingenio miros progressus fecit, sed etiam moribus formandis et acquirendae illi consuetudinis facilitati, quae juveni bene erudito viam munit in circulos familiarum honestarum, mature studuit. Ipsa domus paterna magno propinquorum atque amicorum numero celebrabatur et cuique homini ingenuo suavem hospitalitatem offerebat. Sic juvenis majori virorum et mulierum coetui interesse didicit et, id quod raro fit, acre ac severum literarum studium hilari ac grato vitae usu temperatum in eo et bene mixtum erat.

Anno hujus saeculi primo, examine summa eum laude in Christianeo absoluto, in Academiam Georgiam Augustam se contulit, ut theologiae et philologiae studeret. Pater aliquot professoribus universitatis Gottingensis, quibuscum usus ei olim ac consuetudo intercesserat, inprimis Viro Clarissimo Heynio, filium per literas commendaverat; qui doctrina, ingenii dotibus, discendi ardore et morum suavitate virorum illorum animos brevi ita sibi conciliavit, ut ultro in domum et familiaritatem eum admitterent et omni modo studia ejus adjuvarent atque incitarent. Provectior aetate libenter hujus anni, quo Gottingae degebat, recordabatur patruus, et tamquam documentum familiaritatis, qua Cl. Heynius ipsum dignatus esset, narrare solebat, virum illum, qui prae aliis elegantiam quandam externam a junioribus observari volebat, dum ceteri juvenes eum non convenirent, nisi braccis brevibus et tibialibus sericis induti, ipsi cujusque vestis usum benigne permisisse. Lectionibus hujus viri aliorumque virorum doctorum, qui tum Gottingae florebant, assidue interfuit, majorem vero temporis partem studiis privatis navavit. Multum in his ei profuit bibliothecae eximiae usus, cujus thesauris ut libere frueretur, Heynii quoque humanitati debuit; neque enim certis tantum dierum horis, neque in sola bibliotheca, sed omni tempore, libros inspicere ei licebat, et ut domum quoque auferret, impetrabat, unde majores fructus redundarent otiose legenti. Eodem anno ab amplissimo philosophorum ordine civibus Academiae proposita erat cum praemio quaestio de Doctrina Graecorum ac Romanorum philosophorum de statu animarum post mortem. Struve, quamquam vixdum pedem fixerat in Musarum sede, et rerum novitas gratumque commilitonum contubernium animum ejus tenebant, tamen, quum proximis annis philosophos Graecos et Romanos multum legisset, ad suscipiendum hoc opus se accinxit, et re acriter in judicium vocata, studiisque, quibus oportebat, assiduo labore absolutis, dissertationem 172 paginarum conscripsit, quae die 4. Junii a. 1802. praemio aureo digna est habita. Scriptionem hanc postea, in Holsatiam reversus, postquam denuo perlustravit, typis excudendam curavit Altonae.

Annum Gottingae commoratus, Struve Altonam rediit

et, postquam in breve tempus parentes revisit, Kiliam profectus est, ut in illa universitate biennium legibus imperatum absolveret. Ubi quum intelligeret, ex lectionibus publicis, quae de disciplinis philologicis et theologicis habebantur, ad altiora nitenti sibi non multum fructus provenire posse, plurimum temporis in privato harum rerum studio consumpsit. Ex veteribus scriptoribus praeter philosophos animum ejus fervidum et pulchri cujusque appetentissimum maxime tenuerunt poëtae Romanorum lyrici et satirici, Horatius, Juvenalis, Propertius, quorum studiorum specimen a. 1804 exhibuit „Observationes et Emendationes in Propertium" 77 pp. 8. Etiam Kiliae professores, commilitones, omnes, quibuscum familiariter vivebat, propter singulares animi dotes gratamque vivendi rationem magni eum faciebant, et culti ejus mores ingeniumque festivum ac lepidum brevi aditum in aliquot nobilium hominum circulos ei paraverunt. Idem in aliquod tempus magna cum gravitate et dignitate munere functus est directoris societatis publicae, quae sub nomine Harmoniae etiamnunc Kiliae floret. Anno saeculi nostri quarto gradum doctoris philosophiae dissertatione thesibusque publice defensis nactus, Kiliam reliquit, ut munus quaereret. Servatur in scriniis patrui brevis narratio prioris hujus vitae periodi ab ipso conscripta, ex qua in his enarrandis multum hausi. Anteaquam vero ad alteram vitae partem transeam, opus est ut pauca dicam de poëtica ejus indole, quam mature jam emicuisse vidimus. Postremis, quum in gymnasio Altonano erat, annis saepius, et magno cum successu, animum ad ea, quae sentiebat, versibus mandanda adpulit. Optimum documentum poëticae hujus indolis et amplae, qua gaudebat, imaginum copiae est oratio illa publica, die natali Regis versibus habita. Sequentibus annis, praecipue dum Gottingae commorabatur, plurima carmina conscripta ab eo sunt, partim lepida et festiva, partim seria et sublimium sententiarum plenissima. Non raro per epistolas parentibus et amicis versus misit, ut aut diem festum iis gratularetur, aut cogitationem aliquam mente conceptam exponeret.

Consuetudo ei Kiliae fuerat cum juvene quodam nobili et divite, qui iter facturus per Germaniam, Francogalliam

Italiam, Graeciam Struvium invitavit, ut secum proficisceretur. Laeto certe animo hanc occasionem, qua gentes exteras visere, viros in literis spectatissimos cognoscere, insigniaque, quae in diversis urbibus servantur, literarum artiumque monumenta inspicere sibi liceret, amplexus est. Verum proh dolor! juvenis ille ingenuus repente tam longinquo tamque vehementi morbo implicitus est, ut consilium illud in tempus abjiciendum esset. Quum Struve Altonam ad parentes rediisset, duo se ei obtulerunt praeceptoris privati munera. Utrumque extra fines patriae erat; alterum Londinum, alterum, propositum ab avunculo, Viro Clarissimo Gaspario, professore historiarum in universitate Dorpatensi recens tum condita, in longinquas illas regiones eum vocavit. Hunc locum Struve alteri praetulit, et eodem anno 1804, patria, parentibus, amicis dolente animo relictis, in Livoniam mari trajecit. Ibi benignissime exceptus est a novo patrono, Viro Humanissimo Meinersio in praedio Foelckiano, quod septuaginta fere milliaria Rossica a Dorpato abest. Mox in notitiam venit aliorum virorum doctorum, qui in universitate Dorpatensi disciplinas profitebantur, ut Friderici Rambachii, oeconomiae publicae professoris; cui intima familiaritate mox junctus est. Itaque, quum vir ille doctus in numero eorum esset, quibus adornatio et instauratio gymnasii Dorpatensis commissa erat, Struvium in societatem consilii saepe vocavit eumque permovit, ut praeceptoris primarii linguae Graecae munus susciperet. Die 15/27 Septembris 1804 sollemnis inauguratio gymnasii fuit. Lenzius, ecclesiae St. Johannis pastor primarius, locum consecravit, Rambachius praeceptores sacramento obstrinxit, Struve sollemnem diem oratione latina celebravit. De educatione et institutione puerorum apud veteres locutus, et sub finem altiore orationis tenore gratos civium animos erga Augustissimum Principem Alexandrum, Cujus munificentiae novum hoc institutum debebatur, professus, ad primos duodeviginti discipulos, quorum nomina in album scholae illata erant, et ad parentes eorum se convertit eosque admonuit, ut eodem ardore, quo praeceptores, finem sibi propositum persequerentur.

In novo hoc eodemque primo munere publico Struve,

vixdum annum aetatis vicesimum agens, magnam diligentiam et industriam adhibuit et celeriter praepositorum, collegarum, discipulorum, civium benevolentiam atque amorem sibi collegit. Etiamnunc in illis terris reperiuntur viri, qui grato animo illius temporis recordentur, quo primis literarum Graecarum elementis imbuti ab eo sunt. Sed nolebat vir ille strenuus intra angustos scholae parietes totam diligentiam suam contineri; quam ob causam, ut etiam altiori juvenum institutioni operam posset dare, anno 1805, defensa publice dissertatione de Empedoclis elementis [28 pp. 8.], privatim docentis veniam in universitate Caesarea sibi comparavit. Per novem annorum decursum utrique muneri summa cum assiduitate praeerat. In universitate partim lectiones exegeticas habuit de Homero, Sophocle, Herodoto, Luciano, Horatio, Juvenale*), Propertio, Suetonio, partim ipsas disciplinas tradidit, ut antiquitates Romanas et Graecas, historiam literarum Romanarum, historiam antiquam, mythologiam, etymologiam et syntaxin Graecam ac Latinam. Certis praeterea horis orationem Latinam ad recta exempla fingendi praecepta studiosos docuit, et ut auditores prompto ac parato scribendi generi adsuescerent, exempla iis dictavit Germanica lingua conscripta, quae deinde in Latinam converterentur. Materiam horum dictatorum ex ubere ingenii penu depromebat, et reperitur in scriniis inter alia hujus generis grata descriptio rerum admirabilium, quas ipse, quum Petropoli esset, in sede hac Caesarea viderat. Quamvis vero et scholasticis et publicis et etiam privatis lectionibus major diei pars consumeretur, tamen, quum accuratissimus esset temporis sui dispensator, non mediocres in ipsis literis fecit progressus, et Graecam quidem linguam se Dorpati demum edidicisse, saepius postea ingenue professus est. Ex poëtis Latinis tum maxime in Propertio edendo insignem operam collocavit, ejusque rei consilium cum patre communicavit singulari programmate, quod in-

*) Hujus satiras quinque priores explicuit a. 1805. et denuo a. 1807, ad quas lectiones audiendas tum singulari programmate Germanica lingua conscripto commilitones invitavit. Titulus scriptionis est: Juvenal's erste Satire, metrisch übersetzt und mit einem Commentar begleitet von — Dorpat. 1807. 49 pp. 4. —

scriptum erat: Consilium de nova editione S. A. Propertii mox adornanda. Dorpati 1806. (39 pp. 8.) Verum ut multa alia, ita etiam hoc consilium, mox aliis studiis animum devincientibus, abjecit. Eodem fere tempore Christianus Fridericus Matthaei, professor literarum antiquarum in universitate Mosquensi, librum ediderat magnae exspectationis sub titulo: Clytaemnestrae tragoediae Sophoclis fragmentum ineditum e codice Augustano et apographo Alexandrino additis animadversionibus et interpretatione Latina. Mosquae 1805. (VIII. 55 pp. 4.). Quod quum fragmentum, usque ad illud tempus ignotum, magno virorum doctorum applausu exciperetur, Struve, qua erat in literis severitate et religione, librum hunc attento animo examinavit, et mox singulis bene perpensis, quum persuasum haberet, non a Sophocle scriptam esse hanc fabulam, sententiam suam fusius exposuit in libro: Sophoclis, ut volunt, Clytaemnestrae fragmentum post editionem Mosquensem principem edi euravit notis adjectis C. L. Struve. Rigae, 1807. (LII. 220 pp. 8.) Eximium studium, ut postea semper, ita jam tum navavit grammaticae et Latinae et Graecae. Anno 1813. programma edidit de declinatione Latina. In hoc libro, quem postea auctiorem et locupletiorem iterum edidit Regimontii a. 1823. [Ueber die lateinische Declination und Conjugation, XVIII. 324 pp. 8.], egregiam varia formationum genera discernendi et commode adornandi artem monstravit; quae disquisitiones, ex accurata poëtarum, scriptorum pedestris orationis et ipsorum grammaticorum lectione et studio profectae, magnae ei commendationi apud viros doctos exterarum gentium fuerunt. Sub idem tempus, ut penuriae librorum scholasticorum in provinciis Balticis succurreret, ad grammaticam Graecam edendam se accinxit, et prior ejus pars, etymologia, secundum praefationem a. 1814. Majo mense Dorpati scriptam jam a. 1808. praeparata, a. demum 1816. in lucem prodiit sub titulo: Griechische Grammatik für die Gymnasien des Lehrbezirks der Kaiserlichen Universität zu Dorpat, eademque prior pars a. 1823. secundis curis est repetita. In animo ei tum erat, ut ex alterius editionis prooemio patet, alteram partem, qua syntaxis Graeca exponeretur, brevi addere; attamen hic quoque liber in magnum

numerum referendus est eorum, quorum exspectationem frustra movit viris doctis. Non possum abstinere, quin occasione oblata in universum pauca disseram de hac desultoria, ut ita dicam, Struvii in literis ratione, quam, si expletam hujus viri imaginem nobis effingere volumus, silentio praetermittere nequimus. Viri docti suo jure mirati sunt et doluerunt, Struvium pro magno, quo in literas incumbebat, studio, pro singulari facilitate, qua novum studiorum campum obtinebat, non plus operum majoris ambitus perfecisse, sed semper fere minora specimina edidisse, quibus magnam omnium exspectationem excitaret. Cujus rei causa certe ex parte ponenda est in circumscripto otii tempore, uti Dorpati, ita postea Regimontii, ubi saepe conquerebatur, totum diem defatigantibus muneris directoris laboribus sibi absumi. Verum haec non unica erat causa. Taedebat patruum operosi et saepe molesti laboris, quo in perficiendo majore opere utique opus est. Ut enim toto animo indagandae antiquitati se vovebat et eximio ingenii acumine repugnantia inter se facile consociabat, obscura illustrabat, ita grave et importunum ei videbatur, varias has res sub examen vocare, easque omni ex parte elaboratas viris doctis proponere. Quoties quaestionem aliquam, quam dirimere maxime ejus intererat, se absolvisse putabat, gratius et jucundius ei erat mente eam reponere et ad alias progredi, quam interdum subsistere et campo, quem modo emensus erat, denuo perlustrato, novas, quae ei se obtulerant, res componere et evulgare. Hic ei mos erat non tantum illo tempore, sed per totam vitam; et jure dolemus, quod ex tanto viri illius doctrinae et acuminis thesauro tam pauca nobis obtigerunt. Accedit, quod memoria singulari fretus summam eorum, quae ex studiis hauriebat, chartae non mandabat, ideoque in scriniis ejus, quamvis nonnulla egregia studiorum fragmenta inveniantur, neutiquam tantum inest, quantum ex ambitu et varietate disquisitionum ab eo institutarum exspectare licet.

Anno 1805 Struve in matrimonium duxit Guilielmam Sparwat, neptem et filiam adoptivam Roemeri cujusdam, qui in Livonia praedium possidebat. Felix hoc conjugium, mutua aestimatione et amore fultum, annis labentibus laeta

liberorum progenie auctum ornatumque est. Absoluto opere diurno videbant eum dulce otium terentem modo ad proprium focum, modice ac parce exstructum, modo in grata societate aliquot familiarum conjunctissimarum, quales erant familiae professorum Rambachii et Segelbachii. In his coetibus Struve caput erat sermonum et confabulationum. Ingenium ejus mobile et ad diversa iucunda aptum delectationes amicorum variare et sale facetiisque exornare valebat, qua in re aliquantum subsidii poëtica indoles ei subministrabat. Attamen non solum in arctiore hoc paucorum amicorum circulo, verum etiam in majore civium societate viri ingeniosi et strenui laudem sibi conquisivit. Summo cum studio animum tum advertit dubiis, ut totius Europae, ita maxime Germaniae rebus, quam in ditionem suam redigere minabatur Francogallorum vis indomita. Anno 1812, bello a Napoleone Rossiae illato, quum omnes intentum anxiumque animum ad futura adverterent, Patruus, sapienti Providentiae numine confisus, pro virili parte civium animos erigere et similibus, quae historia suppeditat, exemplis firmare studuit. Sic die 15/27. mensis Septembris ejusdem anni, quo die Sollemnia Coronati Alexandri Imperatoris agebantur, quum atrox bellum in agris Rossiae flagraret, Struve in gymnasio memorabilem certe orationem habuit; cives enim exhortans, ut Deo Ejusque justitiae confiderent, animos eorum praesenti discrimine afflictos consolabatur, in memoriam revocans exemplum istud Darii Hystaspis Persarum regis, cujus temeritas vi et perseverantia Scytharum fracta est. Quae oratio, extemplo typis excusa, maxima omnium acclamatione excepta est. Repetita est postea in libro ejus: Abhandlungen und Reden, meist philologischen und pädagogischen Inhalts. Königsberg 1822. 8. p. 1—24. Ipse in Praef. p. XVIII. haec scribit: „Oratio illa intra biduum scribenda mihi erat, quoniam argumentum jam prius electum et animo perpensum a me rejiciebatur, quum primum nuntius captae Mosquae ad nos est perlatus. Tum idoneum tempus oblatum mihi videbatur, ut factum quoddam antiquitatis in lucem proferrem, quo fracti multorum animi firmarentur. Oratio majorem plausum tulit, quam exspectaveram et ipsa merita erat. Intra sex

mensium spatium bis seorsum typis est exscripta, praeterea compluribus Diariis Germanicis, quae Petropoli edebantur, et in linguam Rossicam conversa notissimo diario 'Filio Patriae' (Сынъ Отечества) 1812. T. I. No. IV. p. 109. 3ae edit. inserta."

Intra decem annorum [inde ab a. 1804—1814.] spatium, quod Struve Dorpati vivebat, quodque pulcherrimum vitae suae tempus fuisse, identidem postea per literas Guilielmo fratri professus est, saepius cognatos et amicos in praediis Livonicis degentes revisit, semel etiam Petropolin, urbem principem, anno 1810 adiit. Hic familiaritatem cum Friderico Graefio jam antea in Livonia initam auxit, novamque cum H. C. E. Koehlero contraxit. Per quos viros spectatissimos in notitiam venit Sergii Uvarovii, Viri Excellentissimi, Illustrissimi, Splendidi jam tum literarum nostrarum Maecenatis, qui etiam postea studiis Patrui, quum Regimontii degebat, fautorem benevolum se exhibebat. Quantum autem gaudii haec virorum egregiorum grata familiaritas et contemplatio atque admiratio rerum in urbe Caesarea visu dignissimarum in eo excitavissent, ipse suaviter praedicavit in prooemio programmatis de legibus prosodicis et metricis, quas seriores Graecorum iambographi secuti sunt, (Regimontii, 1820. Progr. XVI.) his verbis:

„Theodori Prodromi carmen amatorium in hac nostra urbe, quantum scio, non exstat, lectum quondam mihi ante hos ipsos decem annos Petropoli, quum ibi hospitio Koehleri, viri doctissimi et illustrissimi, atque in scientia antiquitatis fere unici, uterer, qui ex sua collectione optimorum et rarissimorum librorum illud mecum communicavit. Sed, ut fit, cum mens longe aliis rebus intenta est, — animum enim percellebant et urbis ipsius, vere Imperatoriae sedis, magnitudo ac pulchritudo, et monumenta praestantissimarum artium ibi collecta, quorum numerum et splendorem nisi oculis ipse perlustraveris, vix narranti fidem habeas, et vagi illi discursus hominum ex diversissimis gentibus totius fere orbis terrarum ibi convenientium; avocabant animum praeterea viri celeberrimi et doctissimi, quibus Petropolis abundat, quosque antea fama notos tum coram quoque salutare suave officium erat — itaque praeter sermones

de nostris studiis cum Koehlero et Graefio communicatos perexigua tantum temporis pars libris legendis impendi potuit, atque vel tum animus praeoccupatus semper alio distrahebatur, ita ut de Theodori metro non sollicitus pauca tantum in schedas subitarias referrem, maxime ad grammaticam linguae spectantia.“

At vero summa rerum omnium caritas, qua illis temporibus laboratum est, et auctus annorum decursu liberorum numerus, de vitae subsidiis Struvium sollicitum reddiderunt eumque permoverunt, ut aliud munus, ubi facilius vivendum sibi esset, ambiret. Verum frustra in eadem terra laetiorem muneris conditionem quaesivit. Dignus quidem est habitus a consilio universitatis Dorpatensis, cui munus professoris historiarum traderent; sed praepositorum adsensum non tulit. Idem, ne quid intentatum relinqueret, munus antistitis rerum sacrarum petere non est gravatus. Totam igitur operam in ediscenda lingua Esthonica collocavit, et revera aliquot hebdomadum spatio tantam hujus linguae notitiam nactus est, ut in ecclesia Niggeniana, quae sedecim milliaria Rossica a Dorpato abest, bono cum successu publice concionaretur. Neque tamen insignis haec virium contentio prohibere potuit, quin alter candidatus, cui lingua illa vernacula erat, ipsi anteferretur. Tandem anno 1814, auctoribus VV. DD. Gaspario et Burdachio, propositum est ei munus directoris gymnasii urbici Regimontani, qui locus morte Hamanii, Viri Eximii, vacuus erat. Struve, etsi aegre ferebat, quod ex urbe dilectissima, ex grato amicorum et familiarium convictu decedendum sibi esset, tamen, quum cura suorum cetera, quae respici poterant, vinceret, munus hoc honorificum accepit, et postquam d. 29. Maji collegis discipulisque carissimis in gymnasio valedixit, cum uxore et liberis Dorpatum reliquit. Quanta cum pietate postea semper recordaretur Dorpati et amicorum, quos ibi reliquerat plurimos, id saepius et per literas declaravit, ad amicos et fratrem carissimum datas, et ipse publice effatus est in praefatione speciminis secundi Quaestionum de dialecto Herodoti, quam scriptionem, quum gymnasium Dorpatense sollennia anniversaria a. 1829 ageret, „Viris ex-

cellentissimis, illustrissimis, doctissimis, quibus cura rerum scholasticarum Dorpati commissa erat“, dedicavit.

Struve autem, codicillis, quibus munus illud ei traderetur, nondum acceptis, ne idoneum difficilis itineris cum familiā perficiendi tempus praetermitteret, media aestate Regimontium est profectus; quo advenienti traditi sunt codicilli. Confestim omni, qua opus erat, vi et circumspectione muneris labores suscepit. Neque certe leve erat hoc negotium, etenim schola ei tradita plurimis vitiis laborabat, quae partim ex circumscriptis reditibus, partim ex imbecillitate senescentium jam praeceptorum oriebantur. Praeterea director, quum undetriginta annos natus esset, minor erat majore praeceptorum numero, vixdum annis superans aliquot primae classis discipulos. Nihilominus tamen animus ejus agilis, constans et severus has difficultates facile pervicit, et post paucos annos et collegarum et discipulorum et etiam, quod summum erat, ipsorum civium animos ita sibi conciliaverat, ut parentes libenter huic gymnasio filios traderent et schola incrementa caperet exspectatione omnium laetiora. Gymnasium illud, quod inde ab anno 1811. eadem, quae Collegium Regium Fridericianum, jura et instituta scholae literariae acceperat, administrante Patruo ita effloruit, ut, postquam primis annis usque ad exeuntem annum 1818 varias ob causas discipulorum numerus intra 163 et 200 contentus est, a. 1819. haberet 303 discipulos, a. 1824. vero 391 et inde ab illo tempore usque ad a. 1832. intra 350 et 400. Consentaneum est, cum incrementis scholae operam quoque directoris esse auctam; solus enim iis, quibus summa scholarum cura tradita erat, rationem reddebat, parentibus de pueris sibi creditis referebat. Idem novos reditus scholae comparabat et, quum propter frequentiam discipulorum classes dividere opus esset, novos praeceptores eligebat. Res vero ejus domesticae laetiores sunt factae, neque amplius, quum grandior pecunia ei rediret, de alendis suis liberisque bene erudiendis in ulla sollicitudine erat. Nunquam Struve, utut et muneris laboribus et suis studiis occupatus erat, a coetu hominum frequentiaque se recipiebat, sed, ut erat mente habili ac capaci et animo sincero atque optimi cujusque studioso, ita in nova hac patria modo

eum videmus in angustiore aliquot spectatarum familiarum circulo amicis probe consulentem, eosque ad vitam dulce hilareque agendum evocantem, modo animadvertimus, in majoribus hominum nobilium et civium coetibus opinionem istam ab eo minui, studia literarum asperitatem quandam morum ac rigorem viris doctis indere, quo a ceterorum hominum conventu avertantur. Anno 1814. morte ei abrepta est minima natu filia Augusta, et simul duo alii liberi gravi morbo correpti. Magnus inde luctus et metus parentibus. „Utinamne“, fratri scribit, „parentum animi magis etiam affligantur; certe conciderent“; et in fine Excerpti ex Timaei lexico Platonico haec addit: „Propter filiolae morbum et mortem, eheu! et ceterorum cum liberorum tum uxoris valetudinem minus prosperam finitum demum d. 8. Febr. 1815.“ Sequenti anno (1815) animum variis curis defatigatum relaxavit itinere cum uxore liberisque in Holsatiam suscepto, ut parentes reviseret carissimos et nuptiis interesset Guilielmi fratris, professoris jam tum Dorpatensis. Quantum fuit ejus gaudium in aspectu patriae dilectissimae! Scribit de hac re amico Rambachio: „Est ibi plane alia eoque pulchrior terra, alia eoque laetior vivendi ratio. Altona ac regio ista 'sit meae sedes utinam senectae'. Quid, quum a Travemundio“ — maritimum iter ut simplicius praetulerat — „Lubeckiam vectus agros omnes vidi viva sepe efflorescentis rhamni circumdatos! Denique praeclarae istae regiones ad ripam Albis sitae! Obstupui; dulcem hujus regionis memoriam inde ex pueritia servaveram, dulcior etiam imago nunc mihi se obtulit.“ Ipso sollemni nuptiarum fratris actu nuntius allatus est de victoria ad vicum Bonae Foederationis [Belle-Alliance] de Francogallis reportata. Scribit amico: „Orationem antistitis sacrorum pulchram fuisse dicunt; equidem nescio, memineram Bluecheri, Wellingtonii et generosi Brunsvico-Oelsii.“ Per sex hebdomades beatam, hilarem, otiosam vitam inter parentes, cognatos produxit, deinde Regimontium rediit, neque amplius revisit patriam carissimam.

Etsi lectiones in gymnasio habendae et varia directoris officia multum temporis consumebant, nihilominus tamen acri studio literis se dedit, aliquantum commotus grata et

ingenua aliquot virorum doctorum familiaritate, qui jam tum in universitate Regimontana florebant. Inprimis amicitia gavisus est Viri Summi et in nostris literis Unici, Christiani Augusti Lobeckii. Sic a. 1814. Friderico Graefio scribit: „In Lobeckio optimo verum amicum cognovi; quaque hebdomade saepius convenimus, tumque acriter nos de studiis nostris disputare facile credes. Talis consuetudo vehementer animum pungit et inflammat. Utinam Tu nobis tertius adesses!“ — Quotannis bina vel terna specimina studiorum sub nomine programmatum, quibus ad sollemnia scholae celebranda invitabat, excudenda curabat. Sic primis annis prodierunt programmata de Luciano, Quinto Smyrnaeo, Platone, in quibus praeter criticam de multis illorum auctorum locis disputationem grammaticae, lexicographiae et rei metricae animum maxime advertit. His scriptis cito in notitiam et commercium venit multorum virorum doctorum, qui tum inter philologos eximium locum tenebant. Ex quibus primum nomino Philippum Buttmannum, doctum grammaticae Graecae editorem. Struve, quum ipse rebus grammaticis valde studeret, cum hoc viro egregio multa addenda et corrigenda in grammatica ejus communicavit, de quibus grato animo exceptis ita locutus est Buttmannus in Praefatione Prolixioris Grammaticae [T. I. Berolini 1819.] p. VII. 29.: „Neque vero legem migrasse videbor, si permotum me habeo, ut in hac praefatione maximas gratias agam viro egregio Struvio Regimontano, qui serie adnotationum, ad sextam grammaticae meae editionem conscriptarum, non tantum exempla multa mihi subministraverit, verum etiam novas res monstraverit nutusque dederit, unde maximi fructus mihi redundabant.“ Illo tempore primum majoris ambitus librum, quo viris doctis se commendaret, edere paravit, Additamenta dico ad Schneideri Lexicon Graecum. Etenim quum in legendis scriptoribus animum semper adverteret lexicographiae, facile intellexit, multa verba in secunda lexici Schneideriani et etiam in novissima tum Thesauri linguae Graecae, ab Henrico Stephano constructi, editione Londinensi desiderari. Iam plus duo millia verborum notaverat, quibus additurus erat tum aliquot disquisitiones de analogia linguae Graecae, tum copiam emendationum in

varios scriptores, fortasse denique programmata, quae usque ad illud tempus evulgaverat, ita ut aut in medias res ea inferret, aut in fine describenda curaret; quum, parte schedarum parata, ut typis exscriberetur, nuntius allatus est, Schneiderum novam eamque tertiam moliri lexici editionem. Struve morari constituit, donec haec editio evulgata esset, eodem vero anno 1819 duo specimina horum Addendorum publici juris fecit. Quae quum accepisset Schneiderus, statim per literas eum rogavit, ut excerptum ex his schedis Germanica lingua scriptum paranti sibi tertium lexici volumen, Supplementa, benigne cederet. Patruus, qua erat in his rebus liberalitate et fere nimia largitate, precanti adnuit, fratri autem initio anni 1820 haec scribit: „De majore opere meo, quo Supplementa ad Schneideri Lexicon continerentur, actum est. Crebris enim Schneideri literis moveri me passus sum, ut totum apparatum, omissis omnibus excursibus a me intextis, verbis Germanicis describerem et cum eo, tertium lexici volumen, Supplementa, parante communicarem.“ — „Jam usque ad lit. *E.* in his retractandis progressus sum, et partem hanc primam, in qua plus septingenta vocabula, quae adhuc desiderantur, insunt, per proximos cursores publicos Schneidero mittam. Parergis, quae jam verbis Latinis elaboravi, aliam formam induam, tumque ea Wolfio Analectis literariis inserenda mittam, ad quae ut symbolam conferrem, me monuit.“ A. 1820. Haec excerpta absoluta Schneidero tradidit, suntque ea certe maximo decori his Supplementis. Verum parerga ista, quorum pars elaborata, pars modo inchoata in scriniis exstat, nunquam ad finem adduxit. Videtur eum jam taeduisse operis, eujus partem Schneidero tradiderat, et postquam ex eo fere ad verbum hausit programmata VIII. IX. XI. XII. XVII. XVIII. XIX., relictis his rebus, ad alias se convertit.

Etsi primis annis Struve munere suo contentus esse poterat et certe erat, quia praeter secundum diligentiae suae eventum jucunda aliquot amicorum consuetudine et summa praepositorum et civium fide gaudebat, tamen paulatim desiderium succrevit, ut hoc scholasticum munus academico mutaret. Fatigabat et deprimebat animum ejus vivum et

ad majora tendentem simplicitas et jejunitas muneris scholastici. Optime persuasum ei erat, magna se esse in literis consecuturum, si plus otii sibi esset, minus offensionis et officiorum. Saepius de hac re ad fratrem scripsit, ut a. 1819., postquam narravit, quantopere omni ex parte sorte sua contentus esse posset, haec addit: „Nihilominus si totam rem accurate perpendo, statutum ac deliberatum habeo cum animo, ut et studiorum meorum et ipsarum literarum gratia ad vitam academicam transeam. Etenim bene sentio, aliquid me in literis consequi posse;" et paulo post: „Non possum satis verbis Tibi exprimere, quantopere tempus exoptem, ubi plus otii mihi futurum sit." Diu animum attentum tenuit ad Universitatem Dorpatensem, ubi, quum illo tempore et ipsa academia et res scholasticae reformarentur, spes ei erat fore, ut munus professoris literarum antiquarum nancisceretur, simulque in numerum eorum virorum legeretur, quibus tum summa rei scholasticae cura tradita erat. Anno 1823 hanc spem omnino abjecit, quum alias ob causas, tum quod varia ejus studia literaria valde expostulare videbantur, ut propius abesset a summo literarum Germanicarum commercio. A. 1830. a magistratu Lubeckiano oblatum ei est munus directoris gymnasii urbici et jam in eo erat, ut conditionibus datis assentiretur, quum magistratus Regimontanus, aegre ferens, talem tantumque virum scholae detractum iri, proposuit ut Struvio amplius stipendium, cujus pars viduae uxori maneret, decerneretur. Patruus precibus eorum cessit, nec tamen illi promissis steterunt. Eodem modo munus recusavit oblatum sibi ex Bavaria, ubi scholas ad instituta scholarum Prussicarum conformare volebant. Paulo post denuo spes ei affulsit, fore ut ad academiam via aperiretur. Mortuus erat Wilnae Vir Clarissimus, professor literarum antiquarum, Godofredus Groddeckius, et a consilio hujus universitatis concursus virorum doctorum de adipiscenda hac cathedra propositus erat. Patruus, nuntio allato, munus illud ambire constituerat, quum turbae in Polonia exortae istam quoque urbem corripuerunt, ita ut universitas statim dissolveretur. Irrita igitur fuerunt haec mutandi sedem tentamina, quod eo magis dolendum erat, quoniam, etsi civium et praecipue

parentum, qui filios suos ei commiserant, amorem et gratiam obtinebat, tamen cum magistratu urbis iisque viris, quibus prima illius scholae cura tradita erat, parum consentiebat. Cujus dissensionis causa certe in utraque parte erat. Saepe Struve, quum novo scholae incremento subsidia parare studeret, acres neque idoneis causis probatas repulsas ferebat a magistratu, cujus consensu maxime opus erat ad res has peragendas. Inde studium et ira nascebatur et tantum aberat, ut aequum ac tranquillum animum aliorum inscitiae, mox machinationibus opponeret, ut amaris dictis literisque magis etiam eos lacesseret et exacerbaret. Nonnunquam, quum videbat, deesse magistratum propositis ejus gravissimis, ad summos, qui Berolini constituti erant, arbitros rem deferebat et auctoritate horum, qui animum ejus impigrum ac strenuum perspectum habebant, ea, quae voluit, perferebat. Sed ea agendi ratione virorum illorum animos plane a se avertit, et postremis vitae annis cum magno suo et scholae detrimento omni fere eorum auxilio privatus erat.

Intra vicesimum et tricesimum hujus saeculi annum uberrima Struvii periodus incidit. Ut sola majoris momenti scripta enumerem, a. 1820. acrem censuram detectorum et editorum ab Angelo Majo fragmentorum Dionysii Halicarnassei conscripsit [Progr. XV.], quam postea secundis curis auctam edidit in Jahnii et Seebodii Annall. Philol. 1828. T. VII. Fasc. IV. Eodem illo anno 1820. prodiit Progr. XVI. de legibus prosodicis et metricis, quas seriores Graecorum iambographi secuti sunt. Inde ab a. 1822—24 septem programmata evulgavit de fragmentis scriptorum Graecorum, quae apud Lactantium reperiuntur; quibus adnumeranda Progr. VIII. a. 1817. de fragmentis Sibyllinis, quae in Lactantio sunt obviam, et Progr. X. a. 1818., in quo de fragmentis Graecis ex Lactantii libro de Ira disseruit. Ad haec studia maxime eum evocaverat egregius codex Lactantii, qui in bibliotheca urbica asservatur, quique ex Patrui opinione Puteani codice non est deterior. Etiam Sextum Empiricum, cujus eximium codicem in eadem bibliotheca repertum accurate contulerat cum editione Stephaniana, comparatis aliorum codicum subsidiis, edere in animo erat. At-

tamen aliis studiis ab hoc consilio videtur esse detractus, neque etiam de codice illo, quem passim magno cum praeconio commemorabat, quidquam ad viros doctos manabat, donec Viro Clarissimo, Immanueli Bekkero, recentissimam Sexti editionem paranti, conferendi hujus codicis copia facta est. A. 1823. librum de declinatione et conjugatione Latina publici juris fecit et grammaticam Graecam secundis curis repetivit. Jam a. 1824. Fridericus Jacobsius, quum una cum Fr. Rostio Bibliothecae Graecae edendae consilium cepisset, Patruum per literas rogavit, ut Herodoti textum recenseret. Adnuit Patruus, et inde ab illo tempore plurimum operae in restituenda genuina patris historicorum dictione consumpsit. Quum autem nullo modo ei satisfacerent ea, quae ad illud usque tempus de dialecto Ionica scripserant viri docti, hanc rem accuratius investigandam sibi proposuit. Sed ipsa haec scrutandi subtilitas, qua unumquodque vel minimum in acre judicium vocabat, et auctus ea re totius operis ambitus causae erant, quod tamdiu promissis non stabat, quod tandem, illo opere etiamtum occupato, mors invida obrepsit. Tria illa specimina quaestionum de dialecto Herodoti documento nobis sunt, quantum studii et acuminis in hanc rem contulerit, et quantopere dolere debeamus, non ad finem perduxisse eum inchoata. A. 1828. prodiit disquisitio ejus de versu Graecorum politico, conjuncta cum censura novissimae editionis Chiliadum Tzetzis, a Theophilo Kiesslingio paratae. Qua in scriptione, quae typis descripta est in Seebodii Nova Bibliotheca Critica 1827. No. 3 u. 4, primus difficilem hanc rei metricae partem tetigit, et quamquam sane postea alii longius progressi sunt in his indagandis, tamen fatendum est, Struvium primas easque certissimas horum versuum leges indicasse; cf. R. J. F. Henrichsen, Ueber die sogenannten politischen Verse bei den Griechen. Aus dem Dänischen übersetzt v. P. Friedrichsen. Leipzig 1839. p. 50.

Neque tamen Struvio id satisfaciebat, ut ea, quae indaganti se obtulerant, cum solis viris doctis communicaret, sed volebat etiam ad omnes liberalis ingenii homines aliquam harum rerum notitiam pervenire, ut divulgata studiorum antiquitatis cognitione augeretur literarum nostrarum

existimatio. Saepius occasio ei oblata est de rebus, quae majorem hominum ingenuorum coronam delectare solent, publice loquendi in societate literaria, quae vocatur Germanica, cujusque sodalis paulo post adventum factus erat. Sic orationem habuit de tenebris veteris historiae, de narrationibus Graecorum amatoriis, de duobus Goethii carminibus eorumque fontibus. Fere omnes hae orationes, quae et in annalibus hujus societatis a V. D. Schuberto editis et seorsum typis excudebantur, magno omnium plausu sunt exceptae. Goethius ipse de postrema illa scriptione ad Zelterum suum haec scribit:*) „Scriptionem fac legas quinquaginta circiter paginarum, cujus titulus est: De duobus carminibus Goethii epico-lyricis, comparatis cum Graecis fontibus, unde sunt hausta, scripsit Struve, director, Regimontii 1826. Auctor hujus libri, ad fontem vos deducens, unde hausi, comiter monstrat, suavem me liquorem artificiosa testa excepisse. Quod poëta ante tot annos voluit, tandem aliquando agnoscitur. Sermo est de tirone magici et de sponsa Corinthiaca". Zelterus paulo post respondet:**) „Scriptio directoris Struvii me docet et delectat". Sequitur longior disputatio, qua laetari se dicit, quod Struve in dijudicandis his carminibus secum omnino congruat et suam de indole Iphigeniae fabulae diversam a Struvio opinionem expromit. Pergit deinde:***) „Amicus bene de te sentit et adeo opiniones hominum de eo, quod (in sponsa Corinthiaca)

*) Briefwechsel Th. IV. S. 132. fg.: „Ein Heft suche zu lesen etwa 50 Seiten stark; es ist überschrieben: Zwei Balladen von Göthe, verglichen mit den Griechischen Quellen, woraus sie geschöpft sind, vom Director Struve. Königsberg 1826. Indem der Verfasser Euch an den Born führet, woraus ich den Trunk geholt, ist er freundlich genug, zu beweisen, dass ich das erquickliche Nass in einem kunstreichen Gefässe dargebracht habe. Was der Dichter vor so vielen Jahren wollte, wird doch endlich anerkannt. Es ist von dem Zauberlehrling und der Braut von Korinth die Rede."

**) „Das Schriftchen vom Director Struve belehrt und vergnügt mich."

***) „Der Freund meint es gut und will noch endlich die Meinungen über deine Absichten gegen den neuen Glauben (in der Braut von Korinth) reinigen; das soll ihm gern angerechnet sein."

contra novam fidem sentias, purgare vult. Quod magni ei inducemus." — Ex his orationibus et aliis, quas quotannis in schola diebus sollemnibus et in conventu liberorum murariorum, quorum sodalis et locutor erat, habebat, quatuordecim typis excudendas curavit Regimontii a. 1822. sub titulo, quem supra jam laudavi: „Abhandlungen und Reden." — Ut vero animo percipiamus, quantum laborum vir impiger illis temporibus susceperit, praetermitti non potest, per aliquot annos eum acta diurna publica, quae Regimontii prodibant, ordinavisse, et in universum optimi cujusque suscepti, in quo summa omnium civium contentione opus esset, praeconem et suasorem fuisse. Saepe in numero eorum erat, quibus sollemnium instaurandorum cura mandabatur, ut Tertii Festi Saecularis Reformationis, quod a. 1817. Regimontii celebrabatur; quorum sollemnium descriptionem, additis programmatis, orationibus sacris atque sollemnibus et carminibus festis, a. 1819. edidit. Poësis autem ut adolescenti antea, ita tunc viro multum consolationis, gaudii et animi elationis praebebat, et quamvis nunquam totum eum teneret, tamen vario modo vitam ejus ornabat et exhilarabat. Per multos annos eos cujusque anni dies, quorum instauratio gratam rerum praeteritarum memoriam excitabat, ut Kalendas Januarias, diem natalem Regis Augustissimi, diem pugnae Lipsiensis carminibus ornabat. Dulcis spectatarum aliquot familiarum usus non raro ad versus scribendos eum compellebat, ut oblectaret earum coetum, ut fractas et morte cari alicujus capitis perculsas consolaretur; neque unquam fere, quum Musa benigna ei esset, amicis carmen precantibus deerat. Saepe ad parentes et cognatos, qui in Holsatia vivebant, carmina convertebat, suntque inter haec multa eximia, indole vere poëtica conscripta.

Si summam hanc virium contentionem, qua munere fungebatur literisque se vovebat, contemplantes, animo atque cogitatione complectimur, eum, praeter lectiones in gymnasio habendas et varia muneris officia, per multos annos plures quotidie lectiones privatas dedisse pueris et simul tum publicis, tum privatis civium amicorumque coetibus interfuisse: mirari nequimus, quod magnas has animi corporisque exercitationes postea insecuta est remissio ac

debilitas. Jamdudum prudentissimus quisque amicorum anxio et sollicito vultu hanc ejus vivendi agendique rationem prosecutus erat, et saepe inter eos audiebatur vox, Struvium se ipsum conterere; quale quantumque perageret, si eximiis ingenii dotibus, quibus natura eum donavit, modice uteretur, neve violento naturae suae impetu abreptus, in extrema ferretur. Nunquam animus ejus acer et fervidus aureae illi mediocritati adsuescebat, quae si in studiis et remissionibus observatur, corpus firmat ac corroborat ad munus per multos annos strenue fungendum. Nihil ei tranquillitate molestius erat; quamobrem id semper agebat, ut et suas et omnium, qui eum circumdabant, vires concitaret et percelleret. Quamdiu juvenis erat, valetudo ejus firmissima et vere ferrea magnas has exercitationes optime pertulerat. Multum et certe plurimum temporis et juvenili et virili aetate literis navabat, nunquam autem haec studia certa quadam regula temperabantur, et adornabantur. Quoties nova aliqua quaestio animum ejus occupabat, tantus plerumque ejus ardor in persequenda illa erat, ut nullam neque mentis neque corporis defatigati rationem habens, noctes diesque in legendo et investigando consumeret, donec ad finem exoptatum pervenisset. Rursus, quum otii tempus erat et partem diei inter amicos hilare transigendi grata occasio offerebatur, ne hic quidem animum corpusque conquiescere sinebat. Ita factum est, ut sub finem tertii hujus saeculi decennii saepius valetudo ejus concuteretur et febris tussisque in aliquod tempus a literis et lectionibus eum abstinerent. Sequentibus annis magis debilitata est valetudo, neque acres amicorum exhortationes eum permovere potuerunt, ut plus curae corpori impenderet.

Exeunte anno 1832 gravi vulnere domestico afflictus est; uxor dilectissima, quae usque ad illud tempus valetudine optima gavisa erat, subito pneumonia correpta, intra paucos dies obiit. Augebatur dolor eo, quod Ferdinandus Neumannus, director instituti Regimontani, in quod homines surdi iidemque muti recipiuntur, amicus et Patruo et uxori ejus carissimus, accepto hoc nuntio, quum jam diu aegra valetudine laboraret, celeri morti succumbebat. Magnam illam jacturam Patruus ea, qua par est, constantia

pertulit, et intentum literarum studium concussum ejus animum ab infirmo desiderio avertit. Maxima illo tempore fuit rerum ejus domesticarum conversio. Duae filiae in matrimonium sunt datae, maxima natu filia, quae per plures annos Altonae apud avos vixerat, domum rediit, ut foco patrio praeesset. Insigni haec ei consolationi erat, quum intimo amore pater filiae, haec patri addicta esset, quae caritas augebatur infirma filiae valetudine, diuturnis morbis cum summo vitae periculo labefactata. Erant praeter hanc domi filia minima et filius minor. Major natu, absoluto cursu in gymnasio urbico, Dorpatum se contulerat ut arti medicinae studeret. Huic postea, doctoris medicinae gradum adepto, a Viro Excellentissimo, Illustrissimo, Uvarovio, Summo rei literariae per Rossiam Praesidi, quum viri spectati et literarum commercio sibi conjunctissimi filium strenuum protegere gratum officium haberet, munus professoris chirurgiae in universitate Charcoviensi mandatum est.

Nihil his annis et corporis valetudini utilius erat et plus otii atque refectionis animo curis aerumnisque depresso praebebat, quam secessus rusticus, quo, quoties aliquot dierum festorum spatium datum erat, lubentissime gaudebat. Nonnullas hebdomades quotannis aestivo tempore apud generos vivebat, et vita simplex, ambulationes, gratum suorum contubernium, vacatio a munere mirum quantum valetudinem ejus labantem sustentabant. Praeter studia antiquitatis illis temporibus nihil magis animum ejus tenebat, quam mathematica, cujus disciplinae amorem in puero jam excitaverat pater, ipse studia vulgo dissociabilia, mathematicam et philologiam, optime conjungens. Frequens de his rebus sermo erat in literis ad patrem et Guilielmum fratrem datis, et una cum patre quidem jam a. 1821. Graecum quoddam epigramma ad mathematicam spectans, quod vocatur problema bovinum, evulgatum primum e codice Guelferbytano a Viro Clarissimo Lessingio in Symbola secunda ad historiam et literaturam p. 423. sqq., additis adnotationibus edidit. Anno 1820 singulari libro, quem patri, diem natalem sexagesimum sextum celebranti, misit, theoriam proposuit linearum parallelarum. Anno vero 1833

de studiis mathematicis ad Guilielmum fratrem haec scribit: „Jam vero praeter ipsius muneris labores mathematica me tenet et a tristibus cogitationibus avertit. Duobus fere abhinc annis quum gravi morbo afflictus, ut recrearer, ruri degebam, solis studiis mathematicis mens est delectata. Quaestionem de natura numerorum, inchoatam tum, etiam postea non neglexi, sed ut aptam recreationem ceteris studiis interposui. Eadem in proscenium studiorum meorum denuo prodiit proximo auctumno, quum rursus morbo gravabar et praesertim quum Dei providentia gravissimum mihi infligebat vulnus. Nunc vero hanc quaestionem ut opus subsecivum ad certum quendam finem adducturus sum et deinde, postquam Besselio, Jacobio, aliis examinandam eam proposuero, haud scio an publici juris faciam. Verum Addenda, quae ex solis numeris constant, plus centum quinquaginta folia arcte scripta complent." Proximis annis hoc opus absolutum cum Besselio et Jacobio, Viris Summis, communicavit, qui viri hanc Patrui disquisitionem tanti habuerunt, ut identidem eum monerent, ut typis excuderet sua. Crelle, V. D., editor diarii mathematici Berolinensis, roganti Patruo totum fasciculum, quo haec continerentur, permisit. Attamen quum vix quinta pars tabularum hoc fasciculo capi posset, neque alia se ei offerret totius operis edendi occasio, manuscriptum Jacobio tradidit, ut pro lubito eo uteretur. Hic unam illarum tabularum publici juris fecit in Crellii diario laudato a. 1845. (T. XXX. Fasc. II. p. 180.), in nota haec addens:*) „Dr. Struve, director quondam gymnasii urbici Regimontani, unus ex ingeniosissimis philologis, schedas amplissimas dono mihi dedit, quibus decompositiones omnium numerorum parium usque

*) „Der verstorbene Director des altstädtschen Gymnasiums in Königsberg i. Pr. Dr. Struve, einer der geistreichsten Philologen, machte mir sehr umfangreiche Papiere zum Geschenk, welche die Zerfällungen aller geraden Zahlen bis 12000 in drei Quadrate enthalten. Aus diesen ist die vorstehende Tabelle entnommen. Leider sind in diesen Berechnungen, welche von ihm zur Zerstreuung in einer schweren Krankheit unternommen wurden, bisweilen einige der oft sehr zahlreichen Zerfällungen einer Zahl ausgelassen, wodurch der Werth dieser mühvollen und interessanten Arbeit verringert wird."

ad 12000 in tria quadrata continentur; unde haec tabula est deprompta. Dolendum vero, quod in his rationibus, quas ille ad animum a gravi morbo avocandum susceperat, nonnunquam aliquot ex decompositionibus numeri alicujus saepe plurimis omissae sunt, quo pretium hujus laboris operosi ac gravissimi imminuitur.“

Studiorum antiquitatis, partim aegra valetudine interruptorum, partim propter diversa ab iis studia dilatorum, pauca tantum specimina postremis illis annis prodierunt, ut programma de exitu versuum in Nonni Panopolitani carminibus et scriptio illa de suspectis aliquot carminum Horatianorum strophis, ad Clausenium, praeceptorem dilectissimum, missa. Incitaverant eum ad hanc scribendam novissima Hofmani Peerlkampii in Horatium conamina; verum tantum aberat, ut huic viro docto assentiretur, ut saepius diceret, provocare se voluisse ad certamen viros doctos, ut deinde monstraret, quaenam sua esset de hac re germana opinio. Vana autem spes fuit, quam de edendo Herodoto quum omnibus viris doctis, tum maxime editoribus Bibliothecae Graecae Gothanae moverat. Dum enim fracto jam animo semper de edendo illo cogitat, nec tamen facile ab animo suo impetrare potest, ut ex collectaneis uberrimis, sed indigestis, dialecti Ionicae leges eliciat, secundum eas recensionem novam adornet, mors praematura eum abripit, neque ullus nobis collectaneorum illorum erit fructus, nisi totam rem ab initio pertractanti.

Auctumno anni 1837., postquam examine candidati philosophiae in universitate Dorpatensi absoluto, benignitate patrui dilectissimi, Guilielmi, copia mihi data est, ut patriam cognatosque reviserem et per biennium viros inter philologos Germaniae principes cognoscerem et auscultarem, invitante Carolo Patruo Regimontium veni. Itaque secunda fortuna mihi contigit, ut, quem antea puer leviter tantum cognoveram, extremo vitae ejus spatio propius inspicerem. Valde laetatus adventu meo, quum imbecillam corporis valetudinem sentiret, haeredem me facere voluit eorum, quae in literis collegerat. Crebri morbi eum debilitaverant; deerat pristinus in studiis fervor. Saepe de Herodoto sermo erat; ipse timebat, ut staret promissis tamdiu datis, nihilo-

minus partem saltem hujus operis se absoluturum sperabat. Attamen ne hoc quidem factum est. Coetibus hominum raro intererat, domi in angusto liberorum et aliquot amicorum circulo lubentissime versabatur. Mense Aprili a. 1838 ex capta refrigeratione grave ventris malum exortum est. Crevit in dies morbus, et sub finem Maji mensis, quum nullis remediis malum levari posset, status valetudinis ejus talis fuit, ut medici de restituenda sanitate desperarent. Usque ad ultimam vitae horam mens libera ac vivida erat, et ipsa nocte, quae mortem antecessit, quum somnum capere frustra tentasset, vigilantem me Horatium evolvere jussit, ut videret, possetne carminum initia deinceps ex memoria recitare. Hoc modo tres primos Carminum libros perlustravimus. Die 5. mensis Junii hora nona vespertina mors suffocativa vitae ejus finem imposuit. Nolo pluribus dicere de summo luctu ac dolore, quo liberi, quo propinqui, quo denique omnes, qui eum noverant, accepto hoc nuntio sunt correpti. Mors acerba liberos et propinquos parente benignissimo, scholam directore promptissimo, literas cultore ac propugnatore acerrimo, cives viro salutis publicae studiosissimo privavit. Die 9. Junii sollemnes exsequiae institutae sunt. In gymnasio urbico coram praeceptoribus, discipulis, viris scholae praepositis, magna amicorum defuncti corona, Muettrich, praeceptor primarius, orationem funebrem habuit. Deinde ubi pompa processit, maximus fuit hominum cujusque ordinis concursus, et unusquisque, qui Struvium noverat, exsequiis interesse et mortuum in cimiterium comitari suum esse putavit. In tumulo Laudienus, pastor ecclesiae urbicae, discipulus olim defuncti, postea familiaritate ei conjunctissimus, egregiis verbis omnium nomine ultimas preces effudit, nec quisquam a lacrymis abstinere potuit, quum identidem pio animo „patrem Struvium“ vocaret.

Juvat paucis indicare, quae externa ejus species fuerit, quae corporis animique dotes. Ipse se Ludovico de Sinner, philologo Parisino, quocum ei per aliquot annos interior literarum usus erat, ita describit a. 1831. „Sum sex pedes longus, satis corpulentus, nihilominus bene expeditus, cujusque tempestatis patientissimus, neque iter aliquot

milliarium ullum languorem mihi affert.“ Juvenem pulchrum appellaverant, quam laudem egregius oris color et gratum motuum decus aliquantum augebant. Etsi posteriore tempore valde crassus erat, tamen id neque agilitati neque dexteritati oberat. In incendiis aliisque periculis propellendis versabatur inter primos, et quotannis semel cum discipulis superiorum gymnasii classium rus petens, ludis eorum et corporis exercitationibus interesse nihil morabatur. Jam mature corpus obduraverat, et postremis quoque vitae annis ita a mollioribus vestimentis abhorrebat, ut nunquam habiliorem vestem domi, nunquam vestem pelliceam vel pallium foris indueret. Accedebat ad dignitatem externae formae vox plena ac sonora, unde quantum decoris affluxerit orationibus ejus, omnes sciunt, quibus audire dicentem contigit. Si animi indolem contemplamur, conjuncta in eo erat cum insignibus ingenii dotibus, quibus facile inter aequales eminebat, mira quaedam modestia, et ut libenter merita virorum eximiorum praedicabat, ita sua merita vana jactatione efferre pusilli ingenii esse putabat. Severum vero et acrem judicem eorum se exhibebat, qui ingenii penuriam arrogantia ac superbia velare studebant. Fere semper amore et fide collegarum gaudebat, neque, si quando in munere severius loquendum ei erat, ulla unquam hujus rei in vita privata commemoratio. Nunquam ex iracundia quidquam supererat, sed libenter reconciliationem quaerentibus manum obferebat. Nihil molestius ferebat, quam homines insolentes, proterva lingua de rebus, quas ipsi non noverant, judicantes. Admirabantur amici tranquillum et serenum, quem vulgo prae se ferebat, animum, et curae, quibus saepe vexabatur, evanescebant omnes, simulatque in coetum bonorum hilariumque hominum veniebat. Suavem familiarium sermonem, sale facetiisque conditum, valde amabat, nunquam tamen his narrationibus lasciva et turpia immisceri patiebatur.

Hanc de vita et moribus Caroli Ludovici Struve narrationem finire liceat verbis istis egregiis, quae Vir Eximius Chr. Aug. Lobeckius, amicus Patrui sincerissimus, die 13. Junii 1838 in memoriam ejus scripsit in Actis diurnis publicis Regimontanis [Königsb. Königl. Preuss. Staats- Kriegs- und Friedenszeitung] Nr. 135. p. 1097:

„Struve philologus.“

„Inclytum nomen his diebus inter nos evanuit, inclytum per alios aliis in disciplinis, in philologia, quae vocatur classica, primum per beatum nostrum amicum. Quidquid ille ad explanandas grammaticam et lexicographiam Graecam et Latinam contulit, diu perdurabit, monumentum diligentiae ejus honorificum tempori, quo vixit, et urbi, cujus historia literarum antiquarum post Pisanskium demum exorditur (Gruterus, Beyerus et Besselius vixerunt et obierunt in terris exteris). Jam prima ejus opera, recensio suspectae fabulae Sophocleae Clytaemnestrae, lectiones Lucianeae, grammatica Graeca in usum scholarum maximam de eo spem omnibus excitaverunt. Buttmannus in praefatione grammaticae praedicat, virum egregium Struvium Regimontanum per annotationum seriem non solum aliquot exempla, sed totas res novas ipsi indicasse. Multa addenda ei debet lexicon Schneideri, fortasse plus egregii per programmata est dissipatum. Verum quantopere ipse singula ad artem et praecepta revocare et disjecta membra dissonarum formarum in ordinem redigere potuerit, comprobat dissertatio de versu politico et magis etiam liber de declinatione et conjugatione Latina et dissertationes de dialecto Herodoti, proh dolor! non perfectae et in longum tempus

---

„Struve der Philolog.“

„Ein berühmter Name ist in diesen Tagen unter uns erloschen, berühmt durch andere in andern Wissenschaften, in der classischen Philologie zuerst durch unsern verewigten Freund. Was er auf diesem Gebiete für Griechische und Lateinische Grammatik und Lexikographie geleistet, wird noch lange fortleben in der Wissenschaft, ein Denkmal seiner Thätigkeit, rühmlich der Zeit, der er angehört, und der Stadt, deren philologische Literärgeschichte erst nach Pisanski beginnt (Gruter, Beyer und Bessel lebten und starben im Auslande). Schon seine frühesten Arbeiten, die Kritik der falschen Klytaemnestra, die lectiones Lucianeae, die Griechische Schulgrammatik beurkundeten einen ausgezeichneten Beruf; Buttmann rühmt in der Vorrede der Grammatik, wie ihm der treffliche Struve in Königsberg in einer Reihe schriftlicher Anmerkungen nicht nur manches Beispiel, sondern ganze Thatsachen nachgewiesen. Viele Beiträge verdankt ihm Schneider's Wörterbuch, vielleicht noch mehr des Belehrenden ist in seinen Programmen zerstreut. Doch wie er auch selbst das einzelne zu einem wissenschaftlichen Gan-

irreparabiles. Facilius decem editiones veteris hujus historici nobis subministrabuntur, quam, quae fundamentum omnium est editionum illarum disquisitionum absolutio; tam raro amor vel potius facultas difficiles et subtiles has quaestiones instituendi conjungitur cum indefessa ingenii acie. Mirum fatum utrumque vetustissimum prosae Ionicae monumentum persequitur! Quae Dietzius ex opulentissimis Europae bibliothecis ad edendum Hippocratem congessit, thesaurus sunt otiosus, quem tollere non licebit, nisi duplicem ovieeris portam, scientiam linguae et rerum ipsarum, qualem ex saeculis nemo ita conjunxit, ut Dietzius. Et cum morte Struvii spes purgati textus Herodotei in longum tempus interiit, etenim iter, quod aperuit, longum est et difficile, neque metam attingere possunt, nisi pari atque ille peritia instructi!"

---

zen zu vereinigen und die zersplitterte Masse mishelliger Sprachformen organisch zu ordnen verstand, davon zeugt seine Abhandluug über den politischen Vers und in noch höherem Grade sein Werk über die Lateinische Deklination und Conjugation und die Dissertationen de dialecto Herodoti, diese leider unvollendet und für lange Zeit unersetzlich; wir werden eher 10 Ausgaben des alten Historikers, als — die Grundlage aller Ausgaben — die Vollendung jener erhalten; so selten ist die Neigung oder die Kraft zu mühsamen, durchgreifenden Untersuchungen verbunden mit ungeschwächter Schärfe der Beobachtung. — Ein eigner Unstern waltet doch über die beiden ältesten Denkmale der Ionischen Prose! Was Dietz aus den reichsten Bibliotheken Europa's für Hippokrates sammelte, ist nun ein todter Schatz und der Talisman ihn zu heben liegt unter doppeltem Siegel — der Sprach- und Sachkenntniss, wie sie seit Jahrhunderten keiner gleich Dietz vereinigte. Und mit Struve's Hingang ist uns auch nun die Hoffnung auf einen gereinigten Text des Herodot auf lange geschwunden, denn die Bahn, die er geöffnet, ist lang und mühsam und das Ziel nur gleich Kundigen erreichbar!"

Scripta, quae C. L. Struve evulgavit, ex annorum ordine disposita.*)

1) Historia doctrinae Graecorum ac Romanorum philosophorum de statu animarum post mortem. [In certamine literario civium Academiae Georgiae Augustae d. IV. Junii MDCCCII. praemio a Rege M. Britanniae Aug. constituto ab illustri philosophorum ordine ornata.] Altonae, MDCCCIII. XVI. et 119 pp. 8. [Adjectae sunt appendices tres.]
2) Observationum et Emendationum in Propertium edendarum specimen. Altonae 1804. 77 pp. 8.
3) De Elementis Empedoclis dissertatio, quam pro venia legendi — rite impetranda — defendet —. Dorpati MDCCCV. 28 pp. 8. [Adjectae sunt theses tres.]
4) Consilium de nova editione S. A. Porpertii mox adornanda proponit. — Dorpati 1806. 39 pp. 8.
5) Sophoclis, ut volunt, Clytaemnestrae fragmentum. Post editionem Mosquensem principem edi curavit notis adjectis —. Rigae 1807. 220 pp. 8.
6) Juvenal's Erste Satire. Metrisch übersetzt und mit einem Commentar begleitet von —. Einladungsschrift zu seinen Vorlesungen über diesen Dichter. Dorpat 1807. 49 pp. 4.
7) Ueber die Chronologie der Aegyptischen Geschichte nach dem Herodot. Dorpat 1809. 20 pp. 8. [Typis repetitum in libro ejus: Abhandlungen und Reden — Königsberg 1822. 8.]
8) Vier Tabellen über die Lateinische Deklination und Conjugation, zum Gebrauch der Kreisschulen des Dorpatschen Lehrbezirks. Riga 1811. gr. Fol.
9) Des Darius Feldzug gegen die Scythen. Eine Rede. Dorpat. 1812. 24 pp. 8. [Typis repetitum in l. l.]
10) Ueber die Lateinische Deklination. Dorpat 1813. 73 pp. 8.

---

*) Spero nullum gravioris momenti scriptum in hoc catalogo a me esse omissum. Ex censuris, quas in diariis literariis excudendas curavit Patruus, multas easque notiores indicavi; aliae ne in notitiam quidem mihi venerunt, quum tam procul absim a majoribus literarum subsidiis.

11) Kritische und grammatische Bemerkungen über Lucians Hermotimus. [Progr. I.] Königsberg 1814. 23 pp. 8.
12) Kritische Bemerkungen über einige Stellen Griechischer Schriftsteller. [Progr. II. de locis Athenagorae, Clementis Alexandrini, Ignatii, Apollonii Lexic. Hom.] Königsb. 1815. 3 pp. 8.
13) Kritische und grammatische Bemerkungen zu Lucian. [Progr. III.] Königsb. 1815. 19 pp. 8. [Hoc programma typis repetendum curavit L. de Sinner sub titulo: Caroli Ludovici Struve, gymnasii urbici Regimontani directoris, de relativorum ὅς ἄν, ὡς ἄν et similium varia constructione apud Lucianum dissertatio. Parisiis apud L. Hachette 1838. 8.]
14) Grammatische und kritische Bemerkungen über einige Stellen Griechischer Schriftsteller. [Progr. IV. de interpretatione Grammatica.] Königsb. 1816. 13 pp. 8.
15) Kritische Bemerkungen zum Quintus Smyrnaeus. [Progr. V.] Königsb. 1816. 13 pp. 8.
16) Griechische Grammatik für die Gymnasien des Lehrbezirks der Kaiserl. Universität zu Dorpat. Formenlehre. Riga und Dorpat. 1816. IV. 298. pp. 8.
17) Grammatische und kritische Bemerkungen über einige Stellen Griechischer Schriftsteller. [Progr. VI. de Platonis Menone.] Königsb. 1817. 21 pp. 8.
18) Grammatische und kritische Bemerkungen über einige Stellen Griechischer Schriftsteller. [Progr. VII. de Quinto Smyrnaeo.] Königsb. 1817. 6 pp. 8.
19) Ueber die Sibyllinischen Fragmente im Lactantius. [Progr. VIII.] Königsb. 1817. 67 pp. 8.
20) Gelegenheitsgedichte. Königsb. 1817. 126 pp. 8.
21) Grammatische und kritische Bemerkungen über einige Stellen Griechischer Schriftsteller. [Progr. IX. de Quinto Smyrnaeo.] Königsb. 1818. 12 pp. 8.
22) Ueber die Griechischen Fragmente in des Lactantius Buche de Ira. [Progr. X.] Königsb. 1818. 14 pp. 8.
23) Grammatische und kritische Bemerkungen über einige Stellen Griechischer Schriftsteller. [Progr. XI. de Numeralibus.] Königsb. 1818. 20 pp. 8.
24) Grammatische und kritische Bemerkungen über einige Stellen Griechischer Schriftsteller [Progr. XII. de Quinto Smyrnaeo.] Königsb. 1818. 10 pp. 8.
25) Geschichte der dritten Jubelfeier des Reformationsfestes, wie solche zu Königsberg in Preussen begangen worden ist. Mit Programmen, Predigten, Reden und Gedichten von — herausgegeben von K. L. Struve. Königsb. 1819. 401 pp. 8.
26) Grammatische und kritische Bemerkungen über einige Stellen Griechischer Schriftsteller. [Progr. XIII. Additamenta ad Schneideri Lexicon.] Königsb. 1819. 17 pp. 8.
27) Grammatische und kritische Bemerkungen über einige Stellen

Griechischer Schriftsteller. [Progr. XIV. Additamenta ad Schneideri Lexicon. Spec. II.] Königsb. 1819. 8 pp. 8.

28) Ueber die von Majus in Mailand aufgefundenen und herausgegebenen Bruchstücke des Dionysius von Halicarnass. [Progr. XV.) Königsb. 1820. 58 pp. 8.

29) Ueber die prosodischen und metrischen Gesetze des spätern Griechischen jambischen Gedichts. [Progr. XVI] Königsb. 1820. 34 pp. 8. [Typis repetitum in Friedemanni et Seebodii Miscell. Crit. 1827. Vol. II. Fasc. IV.]

30) Grammatische und kritische Bemerkungen über einige Stellen Griechischer Schriftsteller. [Progr. XVII. de locis duobus Hippocratis.] Königsb. 1820. 4 pp. 8.

31) Ueber die Ungewissheit der alten Geschichte. Eine Vorlesung, gehalten in der Königl. Deutschen Gesellschaft. Königsb. 1820. 20 pp. 4. [Typis repetita haec oratio in libro ejus: Abhandlungen und Reden — Königsb. 1822. 8.]

32) Theorie der Parallellinien. Königsb. 1820. XII. 36 pp. 8.

33) Bemerkungen über einige Stellen alter Schriftsteller. [Progr. XVIII. Horatius cum Graecis comparatur.] Königsberg 1821. 7 pp. 8.

34) Altes Griechisches Epigramm mathematischen Inhalts, mathematisch und kritisch behandelt von Dr. J. Struve und Dr. K. L. Struve. Altona 1821. 47 pp. 8.

35) Grammatische und kritische Bemerkungen über einige Stellen Griechischer Schriftsteller. [Progr. XIX. de Quinto Smyrnaeo.] Königsb. 1822. 5 pp. 8.

36) Bemerkungen über einige Stellen alter Schriftsteller. [Progr. XX. de Apollonio Rhodio.] Königsb. 1822. 10 pp. 8.

37) Grammatische und kritische Bemerkungen über einige Stellen Griechischer Schriftsteller [Progr. XXI. Scholia antiqua in Homeri Odysseam a Buttmanno V. D. edita nonnullis in locis emendantur.] Königsb. 1822. 4 pp. 8. [Typis repetitum in Friedemanni et Seebodii Miscell. Crit. 1823. Vol. II. P. I.]

38) Grammatische und kritische Bemerkungen über einige Stellen Griechischer Schriftsteller. (Progr. XXII. Fragmenta Graeca apud Lactantium examinantur.] Königsb. 1822. 16 pp. 8.

39) Die Quantität der Endsylben in der Lateinischen Deklination und Conjugation. Statt eines Manuscripts für meinen ersten Unterricht in der Lateinischen Prosodie. Königsberg 1822. 15 pp. 8.

40) Abhandlungen und Reden meist philologischen und pädagogischen Inhalts. Königsb. 1822. XXIII et 340 pp. 8.

41) Vision [ein Gedicht.] Vorgetragen am 15. Novbr. 1822 im Stadtgymnasium. Königsb. 1822. 16 pp. 8.

42) Ueber die Lateinische Deklination und Conjugation, eine grammatische Untersuchung. Königsb. 1823. XVIII. et 324 pp. 8. [Huic libro adjecit: Buchdruckersünden und Cor-

rectorenanfug. Eine nothwendige Beilage zu Struve's Schrift über die Lat. Dekl. u. Conjug. 22 pp. 8.]

43) Griechische Grammatik. I. Theil. Formenlehre. IIte verbesserte Auflage. Riga und Dorpat. 1823. 300 pp. 8.

44) Grammatische und kritische Bemerkungen über einige Stellen Griechischer Schriftsteller. [Progr. XXIII. Fragmenta Graeca apud Lactantium examinantur. Contin. I.] Königsb. 1823. 8 pp. 8.

45) Bemerkungen über einige Stellen alter Schriftsteller. [Progr. XXIV. Fragmenta Graeca apud Lactantium examinantur. Contin. II.] Königsb. 1823. 4 pp. 8.

46) Grammatische und kritische Bemerkungen über einige Stellen Griechischer Schriftsteller. [Progr. XXV. Fragmenta Graeca apud Lactantium examinantur. Contin. III.] Königsb. 1823. 12 pp. 8.

47) Lectiones Lucianeae. Partic. I. Typis expressa in Friedemanni et Seebodii Miscell. Crit. 1823. Vol. II. P. II. p. 206 — 252.

48) Recension von Boissonade's Ausgabe des Nicetas Eugenianus [Lugduni Batav. 1819.] in Seebode's Neuer krit. Bibliothek. 1823. V. Jahrg. No. 7.

49) Bemerkungen über einige Stellen alter Schriftsteller. [Progr. XXVI. Fragmenta Graeca apud Lactantium examinantur. Contin. V.] Königsb. 1824. 6 pp. 8.

50) Bemerkungen über einige Stellen alter Schriftsteller. [Progr. XXVII. Fragmenta Graeca apud Lactantium examinantur. Contin. VI.] Königsb. 1824. 9 pp. 8.

51) Worte, gesprochen am 7. Mai 1824 im Namen und für den Zweck des Königsb. Vereins für das Ordenshaus Marienburg. Königsb. 1824. 10 pp. 8.

52) Grammatische und kritische Bemerkungen über einige Stellen Griechischer Schriftsteller. [Progr. XXVIII. Fragmenta Graeca apud Lactantium examinantur Contin. IV.] Königsb. 1825. 10 pp. 8.

53) Geschichte des Stadtgymnasiums von Mich. 1824 bis dahin 1825.*) Vorangeschickt sind einige statistische Bemerkungen über die Anstalt seit dem Jahre 1814. Königsb. 1825. 40 pp. 4.

54) Zwei Balladen von Göthe, verglichen mit den Griechischen Quellen, woraus sie geschöpft sind. Königsb. 1826. 56 pp. 8.

55) Julius David's kurze Vergleichung der Alt- und Neugriechischen Sprache. Aus dem Neugriechischen übersetzt. Königsb. 1827. XV. et 164 pp. 8.

---

*) Eodem modo etiam sequentibus annis de statu scholae publice retulit; quae programmata, nisi adjunctam habent dissertationem doctam ipsius Patrui, hic enumerare supervacaneum videtur.

56) Ueber den politischen Vers der Mittelgriechen, verbunden mit einer Recension des Textes der neuesten Ausgabe von Tzetzes' Chiliaden, in Seebode's Neuer kritischer Bibliothek. 1827. No. 3 u. 4. [Seorsim edita haec dissertatio Hildesiae 1828. 139 pp. 8.]

57) Quaestionum de dialecto Herodoti specimen. Regimontii 1828. 49 pp. 4.

58) Ueber die zweite von Majus besorgte Ausgabe der Fragmente des Dionysius von Halicarnass, in Jahn's Jahrbb. f. Philol. u. Pädagog. 1828. Bd. VII. Heft IV. p. 363—402.

59) Gymnasio Dorpatensi instaurationem solemnium, quibus ante haec quinque lustra sub auspiciis Alexandri Primi inauguratum est, gratulatur C. L. Struve. Adjectum est quaestionum de dialecto Herodoti specimen secundum. Regimontii 1829. XII. et 16 pp. 4.

60) Quaestionum de dialecto Herodoti specimen III. Königsb. 1830. 13 pp. 4.

61) Ueber Veranlassung und Absicht von Horaz Od. III. 3., in den historischen und literarischen Abhandlungen der Königl. Deutschen Gesellschaft zu Königsberg, herausgegeben von Schubert. I. Sammlung. Königsb. 1830. p. 159—203.

62) Der Blick auf die Begebenheiten des vergangenen Jahres muss unser Vertrauen auf den höchsten Baumeister der Welt nicht nur nicht wankend machen, sondern noch bekräftigen. Rede in der Loge gehalten. Königsb. 1831. 16 pp. 8.

63) Ueber eine Lateinische Comödie aus der Mitte des XVI. Jahrhunderts, Charakterzüge des damaligen Studentenlebens schildernd, in den Ostpreuss. Provinzialbl. Königsb. 1832. Bd. VII. Jan. S. 127—151.

64) Diana und Endymion. Ein Festspiel, zur Feier der goldenen Hochzeit des Hrn. Justizrath Dr. Struve in Altona und der Frau M. E. Struve am 10. Jan. 1833. geweiht. Königsb. 1833. 47 pp. 8.

65) Worte, gesprochen am Sarge Neumanns, des Directors des Taubstummen-Instituts, in den Ostpreuss. Provinzialbl. 1833. Bd. IX. Juni p. 730—36.

66. 67) Ueber die Romanen- und Novellen-Literatur der Mittelgriechen; zwei Vorlesungen gedruckt in den historischen und literarischen Abhandlungen der Königl. Deutschen Gesellschaft zu Königsb. IIIte Sammlung. Königsb. 1834.

68) De exitu versuum in Nonni Panopolitani carminibus. Königsb. 1834. 11 pp. 4.

69) Recension des Werkes: Longus ed. Courier; typis excudi curavit L. de Sinner, in Zimmermann's Zeitschrift für Alterthumswissenschaft. 1834. Juni. No. 68—72.

70) Zeugniss über Selbstentzündung bei den Alten, in den Ostpreuss. Provinzialbl. 1835. Bd. XIV. Juli. S. 56 flg.

71) Ueber den einheimischen Namen des Bernsteins [gantarum, jentárem], in den Ostpreuss. Provinzialbl. 1835. Bd. XIV. Aug. S. 191 flgg.
72) Dem Herrn Dr. G. E. Klanssen am 22. Mai 1836 gewidmet. [Ueber untergeschobene Strophen im Horaz.] Königsb. 1836. 15 pp. 8.
73) Recension der Schrift: „der Preussische Staat in allen seinen Beziehungen u. s. w. bearbeitet von einem Vereine von Gelehrten und Freunden der Vaterlandskunde unter dem Vorstande des Freiherrn F. v. Z. N.“; in den Ostpreuss. Provinzialbl. 1836. Bd. XV. Mai. S. 518—525.

Volumen I. continet

A. OPUSCULORUM CRITICORUM P. I.

in qua tractantur:

I. Poëtae Graeci:

II. Solutae Orationis Scriptores Graeci:

Volumen II. continet

A. OPUSCULORUM CRITICORUM P. II.

in qua tractantur:

II. Solutae Orationis Scriptores Graeci:

B. OPUSCULA GRAMMATICA ET LEXICOGRAPHICA.

C. OPUSCULA LITERARIA.

A.

OPUSCULORUM CRITICORUM

PARS I.

I. POETAE GRAECI.

1. APOLLONIUS RHODIUS.

De locis nonnullis Apollonii Rhodii cum hic disserere in animo habeamus, subit mirari sententiam Gerhardii, prospera fortuna factum esse, ut Argonautica omnibus audacioribus coniecturis carere possint (*lectt. Apollonn. pag.* 105). Etenim cum iuvenibus nostris primi ordinis carmen hoc qua possemus diligentia enarraremus, non sane pauci loci nobis occurrerunt, in quibus haereremus, quorum nonnulli quidem leni manu tractandi videbantur, alii vero vulnere altius inflicto laborantes audaciori medela opus habere, quid quod unus alterque pro desperatis relinquendi videbantur. Qua occasione denuo mihi patefactum est, quantum utilitatis futuro cuiuscunque libri editori inde accedat, si librum, quem edere in animo habeat, in scholis antea explicuerit. Sic enim fiet, ut multa quae soli meditantes parum animadvertimus, ubi aliis explicanda atque tradenda quasi sunt, non leviter nos offendant.

Propositum itaque mihi est de nonnullis Apollonii locis disserendi in hoc libello initium facere; ita tamen ut breviter nostram sententiam de his locis afferamus, solis caussis adiectis, quae nos de sinceritate lectionis dubios fecerint, vitata omni eruditionis copiosae ostentatione ambitiosa. Id unum monemus, nobis praeter Brunckii editionem a Schaefero cum scholiis repetitam et Beckii nondum absolutam Gerhardiique lectiones nulla alia adminicula in promtu fuisse.

Lib. I. v. 494. 495. *)

χώετ' ἐνιπτάζων· προτέρω δέ κε νεῖκος ἐτύχθη,
εἰ μὴ δηριόωντας ὁμοκλήσαντες ἑταῖροι,

*) De loco quodam, qui iam praecessit lib. I. v. 82. disseruimus in bibliotheca critica, quae Seebodii cura Hildesiae prodit fasciculo 3 anni 1821 pag. 259; monemus tamen pro *μῆκος* ex Apollonii usu *μῆχος* scribendum esse.

αὐτός τ' Αἰσονίδης κατερήτυεν· ἐν δὲ καὶ Ὀρφεύς,
λαιῇ ἀνασχόμενος κίθαριν, πείραξεν ἀοιδῆς.

Omnes codices habent ἂν δὲ καὶ Ὀρφεύς, quod a Brunekio mutatum est. Sed quod hic substitnit ἐν etc. vix aliam sententiam praebebit, quam inter ceteros Orphea quoque cantum incepisse. Verum isti ceteri non canunt sed tantummodo rixantes Idmona et Idam compescunt, antequam, quod facturi videbantur, manus consererent. Sed hanc rixam vix aliter componere poterant, quam surgentes de littore, in quo strati iacebant. Hinc mihi servandum videtur illud ἂν i. e. ἀνέστη, sed tum pro πείραξεν ἀοιδῆς scribendum est πείραξέ τ' ἀοιδῆς. Neque quenquam movere debet, quod ἂν sic nude pro ἀνέστη ponatur, quamquam verbum ἀναστῆναι non praecedit, cum verbum hoc in antecedentibus non liquido expressum necessario tamen intelligi debeat.

Lib. I. v. 523.

ἄφαρ δ' ὀρόθυνεν ἑταίρους
βαινέμεναί τ' ἐπὶ νῆα καὶ ἀρτυνέεσθαι ἐρετμά.

Etiam haec lectio a Brunekio profecta est, ex uno codice hausta. Vulgata fuit ἀρτύνασθαι. Nulla vero caussa reddi potest, cur scriptor tempora variare voluerit. Scribe itaque ἀρτύνεσθαι.

Lib. I. v. 533.

μέσσῳ δ' Ἀγκαῖος, μέγα τε σθένος Ἡρακλῆος
ἵζανον· ἄγχι δέ οἱ ῥόπαλον θέτο, καί οἱ ἔνερθε
ποσσὶν ὑπεκλύσθη νηὸς τρόπις.

Miro casu accidit, ut quod scholia Parisina in hoc versu praebent, ὑπεκλάσθη inter interpretandum mihi quoque in mentem veniret. Gerhardius quidem pag. 21. huius lectionis patrocinium quenquam suscipere velle haud veretur. Verum ut libere quid sentiam profitear ὑπεκλύσθη mihi jejunum videtur, ne quid acerbius dicam, ὑπεκλάσθη vero unice loco convenire. ὑπεκλύσθη enim vix aliud quid significare potest, quam fluctus paululum alluisse carinam, quod per se semper fit, nec quicquam in hac voce inest, quod robur et immanes vires Herculis et Ancaei exprimat. Longe vero alia res est, si ὑπεκλάσθη legimus; tum enim significatur incessu horum heroum ibi, ubi pedibus innixi fuerint, carinam quasi nonnihil fractam et collisam strepitum edidisse, quo quid majus excogitare potest ad vires corporis, quibus hi heroes gaudebant, lectori ob oculos ponendas.

Lib. I. v. 749.

Ἐν δὲ βοῶν ἔσκεν λάσιος νομός· ἀμφὶ δὲ βουσὶ
Τηλεβόαι μάρναντο καὶ υἱέες Ἠλεκτρύωνος·
οἱ μὲν ἀμειβόμενοι, ἀτὰρ οἵγ' ἐθέλοντες ἀμέρσαι
ληϊσταὶ Τάφιοι

Quid ἀμειβόμενοι hoc loco significet, me ignorare fateor. Vertitur: *hi quidem excipientes illos*, quam significationem non novi. Aut vehementer fallor aut legendum est ἀμυνόμενοι.

Lib. II. v. 28.

ὁ δ' ἰλλόμενός περ ὁμίλῳ
τῶν μὲν ἔτ' οὐκ ἀλέγει, ἐπὶ δ' ὄσσεται οἰόθεν οἶος
ἄνδρα τὸν, ὅς μιν ἔτυψε παροίτατος, οὐδ' ἐδάμασσεν.

οἰόθεν οἶος Homerica est formula, Iliad. 7. v. 39 et 226. et ad nominativum in utroque loco refertur, quod hic fieri nequit; nam non solus leo eum virum torvis oculis intuetur, qui ipsum vulneraverat, sed solum eum virum neque quenquam alium. Iam cum Apollonius aliis quoque locis Homericam hanc formulam sententiae convenienter variaverit, ut *lib.* 4. v. 418 οἰόθεν οἶον et lib. 4. v. 198 οἰόθεν οἶαι, hic quoque legendum esse οἰόθεν οἶον nemo dubitabit.

Lib. II. v. 192, 193.

καὶ δ' ἐπὶ μυδαλέην ὀδμὴν χέον, οὐδέ τις ἔτλη
μὴ ὅτι λευκανίηνδε φορεύμενος, ἀλλ' ἀπὸ τηλοῦ
μηδ' ἑστεώς· τοῖόν οἱ ἀπέπνεε λείψανα δαιτός.

Ita hi versus a Brunckio constituti sunt contra omnes libros, qui magnopere hic turbant. Versu secundo ceteri omnes exceptis Parisinis habere videntur μὴ καὶ una cum cod. B. e Parisinis pro quo cod. E. καὶ μὴ habet. Ceteri Parisini pro his duabus voculis ὀδμὴν legunt atque margo cod. B. ὀδμῇ. Tertio versu omnes ne Parisinis quidem exceptis illud μηδ' ignorant, a Brunckio demum textui illatum, sed pro ἑστεώς habent ἑστηώς. Brunckii ratio non solum audacior est, verum etiam pluribus incommodis praeterea premitur. Haereo enim non solum in negatione repetita μὴ, pro qua οὐκ exspectarem, verum praeterea in voce φορεύμενος, quae quomodo *admovens* significare possit non video. Ut hoc etiam addam, quaenam his verbis, ut a Brunckio constituta sunt, inest sententia: *Nec quisquam foetidum illum odorem sustinere posset, nedum reliquias illas ori admovens, sed ne quidem procul ab iis stans.* Nusquam enim legi-

tur, eos qui adstiterint dapes has ori admovisse, sed solum Phinea. Haec itaque horum verborum sententia mihi esse videtur: neminem foetorem huius mensae sustinere potuisse, ne procul quidem inde remotum. Verum neque ex vulgata lectione neque ex Brunckii recensione haec sententia prodit. Possis quidem partim e codicibus Parisinis legere:

οὐδέ τις ἔτλη
ὀδμὴν λευκανίηνδε φορευμένου, οὐδ' ἀπὸ τηλοῦ
ἑστηώς

Sed non refragabor Gerhardio, qui verisimilius putat, cum ex libris excidisset καὶ, deficientem syllabam prave supplevisse librarium Parisinum. Cum tamen in recepta lectione nihil sani insit, fortasse non nimis audaci coniectura locus hic sic constitui poterit:

οὐδέ τις ἔτλη
μεῖναι λευκανίηνδε φορεύμενον, οὐδ' ἀπὸ τηλοῦ
ἑστηώς.

Lib. II. v. 320.

οὐ γάρ τε ῥίζῃσιν ἐνήρεινται νεάτῃσιν.

De inusitata forma perfecti ἐνήρεινται, pro qua alii codices ἐρήρεινται praebent, cf. quae diximus in nova editione grammatices Graecae, quae his nundinis paschalibus prostabit, pag. 134.— Verum praeterea necessario scribendum est οὐ γάρ τι etc.

Lib. II. v. 573.

ἰρέται δὲ μέγ' ἴαχον· ἔβραχε δ' αὐτὸς
Τῖφυς ἐρεσσέμεναι κρατερῶς.

Verbum βραχεῖν de voce humana, ut sit clamare, vociferari, nondum lectum est; et Lexicon Schneideri hanc significationem nonnisi ex hoc Apollonii loco demonstrat. Tentaveram ἴαχε δ' αὐτός. Sed Lobeckius meus ad ductus literarum propius accedens ἔκραγε scribi jubet. — Mox v. 606. mihi quoque in mentem venit, quod, ut postea vidi, etiam Wakef. conjecerat, et unus codd. Vatt. confirmat, ut ἰὼν scribatur pro ἰδών. Nam non ἰδὼν sed βλέπων sententia postularet; et admodum vereor, ut vel ipsum βλέπων sic nude poni possit, ut per se *viventem* significet. — v. 704. Accuratior usus loquendi postulat, ut scribatur ἦρχετ' ἀοιδῆς pro ἦρχεν ἀοιδῆς. Verum an discrimen activi et medii semper accurate servatum fuerit, non definio. — v. 1182. Recte Brunckius mutasse videtur οὐδὲ δίκαιοι in ἠδὲ δίκαιοι; sed scribendum quoque οἵ γε θεουδέες.

Lib. III. v. 559.

ὦ πόποι ἦ ῥα γυναιξὶν ὁμόστολοι ἐνθάδ' ἔβημεν,
οἳ Κύπριν καλέουσιν ἐπίῤῥοθον ἄμμι πέλεσθαι,
οὐκ ἔτ' Ἐνυαλίοιο μέγα σθένος.

Apud Apollonium ὁμόστολος vocatur, qui socius est expeditionis, cf. 2, 802. Primus versus itaque vix aliud quicquam significare poterit, quam: *mulieribus socii in expeditione huc venimus.* Verum tum non video, quo versus alter referatur; ad mulieres referri vetat genus pronominis, ad nos ὁμοστόλους tertia persona καλέουσιν. Simplicissimum forsan videri possit, οἳ in αἳ mutare; sed obstat ἄμμι, pro quo σφισὶ esse deberet. — Emendationis aut explicationis viam nullam video; sufficiat de difficultate loci monuisse.

Lib. III. v. 656. seqq.

ὡς δ' ὅτε τις νύμφη θαλερὸν πόσιν ἐν θαλάμοισιν
μύρεται, ᾧ μιν ὄπασσαν ἀδελφεοὶ ἠδὲ*) τοκῆες,
οὐδέ τί πω πάσαις ἐπιμίσγεται ἀμφιπόλοισιν
αἰδοῖ ἐπιφροσύνῃ τε· μυχῷ δ' ἀκέουσα θαάσσει·
τὸν δέ τις ὤλεσε μοῖρα, πάρος ταρπήμεναι ἄμφω
δήνεσιν ἀλλήλων· ἡ δ' ἔνδοθι, δαιομένη περ,
σῖγα μάλα κλαίει, χῆρον λέχος εἰσορόωσα,
μή μιν κερτομέουσαι ἐπιστοβέωσι γυναῖκες.

In toto hoc loco plura sunt, quae mihi quidem difficilia explicatu videntur. Statim licet ipsam comparationem in multis pulcram esse largiamur, tamen quo proprie ea spectet, nobis non liquet. Videmus uxorem, recens nuptam, quae mortem mariti immatura morte ipsi erepti deflet, aliarumque sive ancillarum sive mulierum coetum vitat. Sed cur ipsa timeat, *ne ipsam mulieres deridentes convicientur*, non video. Praeterea haerco in verbis οὐδέ τί πω πάσαις ἐπ. ἀμφ. Nam quid tandem hoc significat, eam se immiscere nondum omnibus ancillis? Ferrem, si esset, eam omnem ancillarum consuetudinem vitare, sive, ut negative idem efferamus, eam cum nulla ancillarum consuescere; verum quis hoc ita exprimeret, eam non cum omnibus consuescere? — Sed maxime in hoc loco offendor voce

---

*) Probabilem Brunckii conjecturam ἠὲ Beckius recepit. Vulgatam lectionem Scholia Florentina tueri videntur, si in his minutiis fides ipsis haberi potest.

δήνεσιν v. 661; quae quid significet, nullo modo expiscari possum. Nam δήνεα ita explicare, ut Lachmannus noster fecit ad Prop. 4, 23, 18 (3, 24, 18), qui amplexus amantum intelligit, usus sermonis non pati videtur; et ipse vir doctissimus mire sic eos appellatos esse confitetur. Sententiam loci explicant verba Penelopes ad Ulyssem reversum, Odyss. ψ. 210. seq.

θεοὶ δ' ὤπαζον ὀϊζὺν,
οἳ νῶϊν ἀγάσαντο παρ' ἀλλήλοισι μένοντε
ἥβης ταρπῆναι κ. τ. λ.

Sed ut hinc restituas πάρος ταρπ. ἀ. ἥβης ἀλλήλων, nimis tamen audax videtur. Cum Scholia Florentina ipsam hanc vocem ignorare videantur, — praebent enim simpliciter, πρὶν ἐπ' ἀλλήλοις τερφθῆναι — forsan legendum erit

πάρος ταρπήμεναι ἄμφω
δὴν ἔτ' ἐπ' ἀλλήλοιν.

Mox v. 679. Brunckius e conjectura scripsit δώμαθ' ὅγ' εἰςοράαν; vulgatam δ ῶ μ α τόδ' εἰςοράαν jure Beckius revocavit; sed tironum gratia monemus, ὄφελλέ με εἰςορᾶν pro ὄφελλον s. ὤφελον εἰςορᾶν positum esse, cujus constructionis vetustius exemplum quam hoc non novimus cf. *Herm. ad Viger. pag.* 758. — *v.* 792. leg. κ ε ρ τ ο μ ί ο ις pro κερτομίας, *coll.* 1, 486.

Lib. III. v. 882.

τῇ δ' ἅμα Νύμφαι ἕπονται ἀμορβάδες, αἱ μὲν ἐπ' αὐτῆς
ἀγρόμεναι πηγῆς Ἀμνισίδος, αἱ δὲ δὴ ἄλλαι
ἄ λ σ ε α κ α ὶ σ κ ο π ι ὰ ς πολυπίδακας·

Mirum est, neminem haesisse in accusativo ἄλσεα καὶ σκοπιὰς, quem quo referamus, nescio. Quid scriptum fuerit a poëta, divinare nequeo; sed sententia postulat cjusmodi fere vocem αἱ δὲ λιποῦσαι ἄλσεα etc. — De versu 918 dictum est in addendis ad *Schneid. Lex. s. v.* συνευφράζομαι.

Lib. III. v. 1374.

ἀ λ λ ή λ ο υ ς βρυχηδὸν ἐ δ ή ϊ ο ν.

Verbum δηΐω pro δηϊόω ex hoc solo loco in Lexicis affertur; sed mihi contra analogiam linguae graecae videtur. Lego ἀ λ λ ή λ ο ις βρυχ. ἐ π ή ϊ ο ν.

Lib. III. v. 1384.

οὔτα δὲ μίγδην
ἀμώων, πολέας μὲν ἔτ' ἐς νηδὺν λαγόνας τε
ἡμίσεας ἀνέχοντας ἐς ἠέρα· τοὺς δὲ καὶ ἄχρις

ὤμων τελλομένους· τοὺς δὲ νέον ἑστηῶτας·
τοὺς δ' ἤδη καὶ ποσσὶν ἐπειγομένους ἐς ἀρῆα·

Satis pulcra nobis objicitur imago Iasonis, terrigenas istos ferro demetentis; multi dimidiati tantum ad ventrem usque e terra exstabant; alii jam altius usque ad humeros; alii vero jam revera stantes sunt; alii denique jam expediti progrediuntur. Sed num ipsum poëtam ita errasse credibile est, ut qui ad *humeros* usque tantum e terra exstent, eos magis eminere diceret, quam qui ad ventrem usque. Legendum mihi videtur:

τοὺς δὲ καὶ ἄχρις
γούνων τελλομένους.

Vers. 1396. lege ἀπὸ pro ὑπό.

Sed reliqua in aliud tempus differre cogimur.

---

2. QUINTUS SMYRNAEUS.

Lib. I.

V. 7. ἰληδὸν et ἰλαδὸν varia syllabae mediae quantitate habet Quintus, ut ὁμιλαδὸν, ὁμιληδὸν, ἐνωπαδὸν, μετωπηδόν. Prius praeter hunc locum legitur 2, 397. 6, 643., alterum 1, 175. 2, 373. 3, 360. 660.

v. 22. μή τίς ἓ ὃν κατὰ δῆμον ἐλεγχείῃσι χαλέψῃ.

Tychsenii haec est scriptura; recte jam Rhodomannus ediderat μή τις ἑὸν κ. τ. λ.

v. 58. εὖτ' ἐςίδοντο
Ἄρεος ἀκαμάτοιο βαθυκνήμιδα θύγατρα,
εἰδομένην μακάρεσσιν, ἐπεί ῥά οἱ ἀμφὶ προςώπῳ
ἄμφω, σμερδαλέον καὶ ἀγλαὸν εἶδος ὀρώρει,
μειδιόωσ' ἐρατεινόν·

Fuerat antea μειδιόων. Qui μειδιόωσ' scripsit novissimus editor, hoc pro μειδιοώσῃ accepisse videtur, scilicet jungendum cum οἱ, quod nullo modo Graecum esse omnes norunt. Aliter Rhodomannus: „haud scio, an non per enallagen numeri legendum sit μειδιόωσ'. lector judicet.“ Enallagen casus dicere voluit, ut nominativus μειδιόωσα referatur ad longe praegressum θύγατρα. Atque hoc sane simplicissimum videtur. Nam etsi μειδιόων cum

εἶδος conjungi possit, contortior tamen haec est ratio, quam ut placeat.

v. 136. θέλγει ἐν λεχέεσσιν ἄδην ἐπικέρτομα βάζων.
metri gratia legendum θέλγει ἐνὶ κ. τ. λ.

v. 168. ἕζετο δ' ἵππῳ
καλῷ τ' ὠκυτάτῳ τε, τόν οἱ ἄλοχος Βορέαο
ὤπασεν Ὠρείθυια πάρος, Θρήκηνδε κιοῦσα,
ξείνιον·

Dona hospitalia non dant ii, qui aliquo veniunt, sed qui aliquem hospitio recipiunt; neque unquam Orithyia, Thraciae incola, in Thraciam ad Penthesileam venisse dici potest. Lege Θρήκηνδε κιούσῃ. Versum praecedentem emendavit jam Hermannus in Orphicis pag. 783.

v. 179. ἡ δ' οἵη Τριτωνὶς, ὅτ' ἤλυθεν ἄντα Γιγάντων,
ἢ Ἔρις ἐγρεκύδοιμος, ἀνὰ στρατὸν ἀΐσσουσα,
τοίη ἐνὶ Τρώεσσι θοὴ πέλε Πενθεσίλεια.

Rhodomanni editio ἤδ' οἵη Τριτωνὶς habet. Lege οἵη δ' ἢ Τριτωνίς. Itacismus errorem peperit.

v. 256. τῇ μὲν ἄρ' ἐς κραδίην ἐλάσας δόρυ, τῇ δ' ὑπὸ νηδὺν
φάσγανον ἐγχρίμψας.

Perpetuus poëtarum usus postulare videtur δορί. Sed φάσγανον stare potest, cf. Ruhnk. ad Tim. Lex. p. 105. 106. Praefero tamen vel sic φασγάνῳ.

v. 352. τοὺς δ' ἄρα Τρώϊοι ἵπποι, ἐπεσσύμενοι μετόπισθεν,
ἄντλον ὅπως, στείβεσκον ὁμοῦ κταμένοισι πεσόντας.

Lege πεσόντες, quod, ut nunc video, in impressis fuit, male a Rhodomanno mutatum.

v. 369. 370. καί μιν οἴω
σήμερον Ἀργείοισι φόνον στονόεντα βαλέσθαι
νῆάς τ' ἐμπρήσειν ὀλοῷ πυρὶ, τῇσι πάροιθεν
ἤλυθον ἐς Τροίην, νῶϊν κακὰ πολλὰ φέροντες,
ἤλυθον ἄσχετον ἄμμιν ἐπ' Ἄρεϊ πῆμα φέροντες.

Ejusmodi repetitio ab ingenio Quinti abhorret. Alteruter versus delendus est. Mihi tum propter νῶϊν (quod sic pro ἡμῖν saepius Quintus usurpavit, 1, 213. 725. 2, 88. 6, 444. 8, 452. 9, 495. 10, 31.*), tum propter ἐπ' Ἄρεϊ, quod saltem

*) Ceterum unicum hoc exemplum novi, quod regulae a Buttmanno Gr. uber. §. 33. a. 1. propositae adversetur, Graecos non nisi verborum et participiorum dualem pro plurali posuisse.

ὑπ' Ἄρεϊ esse deberet, posterior rejiciendus videtur. Quae in vv. 426 et 434 emendaveram, occupavit jam Spitzner V. D. p. 200. 201.

v. 490. 492. ὡς δ' ὅτ' ἐπιβρίσασα μέγα στονόεσσα θύελλα
ἄλλα μὲν ἐκ ῥιζῶν χαμάδις βάλε δένδρεα μακρά,
ἄνθεσι τηλεθόωντα, τὰ δ' ἐκ πρέμνοιο κέασσεν
ὑψόθεν, ἀλλήλοισι δ' ἐπὶ κλασθέντα κέχυνται·
ὡς Δαναῶν κεκύλιστο πολὺς στρατὸς ἐν κονίῃσι
Μοιράων ἰότητι καὶ ἔγχεϊ Πενθεσιλείης.

Sic emendavi, quod vulgo legebatur v. 490. κέδασσεν et v. 492. κέκλιτο. Atque illud sensus, hoc vero metrum efflagitavit; κέκλιτο enim mediam corripere, quis nescit? ut v. 624. θοῷ δ' ἐπικέκλιτο ἵππῳ. cf. quoque Nonn. Dionysiac. 17. p. 474. 31.

ἡμιθανὴς κεκύλιστο καὶ οὔασι τύπτε κονίην.

v. 612. καὶ οἵ ἄφαρ συνέπειρεν ἀελλόποδος δέμας ἵππου cum vett. libb. scribendum est, neque quod Tychsenius recepit ex conjectura Pauwii: σὺν ἔπειρεν.

v. 637. Conjecturam Spitzneri et nostram τετρυμένοι ἄψεα occupavit jam, quod mireris, Dausquejus in Adnotamentis pag. 36. Ceterum malo τετρυμένοι scribere, quam τετρυμμένοι, quod propter Spitzneri (de vers. Graec. her. p. 38. 39.) et Riemeri (in Lexico s. v. τρύφω) dissensum fusius probare juvabit. Sunt vero haec Riemeri verba: „τρύφω, die ursprüngliche Form von τρύπτω, gewöhnlich θρύπτω, wovon noch das Perf. τετρυμμένος, welches man umsonst verbessert, der aor. ἐτρύφην, τρυφείς, εἶσα, ἐν, τρύφος und τρυφή, τρυφερός.“ De qua viri docti sententia antequam plura dicamus, atque monstremus, quam sibi ipse parum constans in talibus reperiatur, paucis exponenda videtur nostra de tota hac re sententia, quantum illa ad analogiam linguae Graecae spectet. Atqui sic statuendum ducimus, fuisse in lingua Graecorum voces quasdam dissyllabas, quae alterutram syllabam semper cum aspiratione proferrent, sive quod antiquitus, antequam exactiores regulae de concursu aspiratarum invaluerant, utraque syllaba spiritum asperum receperit, sive aliam ob causam nobis incognitam, quam usum linguae vocare solemus. Hoc quoque in hac disquisitione ad hunc usum linguae referendum videtur, quod altera litera semper lingualis fuit τ vel θ, altera vero aut labialis aut gutturalis. Atque ne quis error remaneat, monemus prae-

terea, alias esse voces primo aspectu similes, sed quae aspirationem uno tantum loco jam primitus receperint, ita ut litera aspirata, quamcunque ob causam mutata, spiritum non alio transtulerit; illas vero voces, de quibus initio locuti sumus, numquam spiritu carere posse. Ut uno exemplo rem totam clarius ob oculos ponamus, inspiciamus verba τρέχω et τεύχω. Posterius hoc aspirationem numquam alternat; hinc τεύξω, ἔτευξα, τέτυγμαι etc. Prius vero sine aspiratione esse nequit; hinc θρέξομαι, ἔθρεξα etc. Atque huic vocum classi adnumeranda sunt:

θάπτω, τέθηπα, ἔταφον. — τέταφα, ἔθαψα, ἐτάφην, τέθαμμαι. —

τρέφω, τέτροφα, ἔθρεψα, ἐτράφην, τέθραμμαι etc.

τρέχω, θρέξομαι s. θρέξω, ἔθρεξα.

θρύπτω, θρύψω, τέθρυμμαι, ἐτρύφην.

τύφω, θύψω, ἐτύφην.

atque e nominibus

θρίξ, τριχός, θριξίν.

χιτών, κιθών.

ταχύς, θάσσων, τάχιστος.

et sic in derivatis quoque, θαπτέον, τάφος, θρύμμα, τρυφερός etc. Hinc satis patet, eum, qui τέτρυμμαι non solum recte dici contendat, sed vel alteri τέθρυμμαι praeferri debere credat, etiam ἔτρυψα, τρύψω, τάψω, τύψω, τάσσων, τριξί etc. non solum tolerare sed vel vulgatae scripturae praeferre debere. Atque ita Riemerum judicare, fortasse indicio sit, quod s. v. τρέφω legitur, τέθραμμαι dici pro τέθρεμμαι et hoc pro τέτρεμμαι. Sed hic sane accusanda est viri hujus docti inconstantia, quod non eodem modo nobis τρέψω pro θρέψω, τύψω pro θύψω obtrudere audet. Verum latius etiam haec inconstantia serpit; nam idem alibi τάφω pro θάφω et τύφω pro θύφω dictum esse contendit; quam regulam si tenuisset, non eo perventum foret, ut ἐτρύφην a τρύπτω quam a θρύπτω deducere maluisset vel τέτρυμμαι praeferret. Neque tamen hinc quisquam concludat, me negare, θρύπτω, τρύω, δρύπτω, atque sic in aliis vocibus alias formas cognatas esse. Sed ut omnia frumenti genera, triticum, secale, hordeum etc. inter se maxime cognata ad unam eandemque plantarum classem referri debent, ut tamen numquam, ubi triticum severis, hordeum terra progignat, ita quoque illa verba cognata sunt, sed ut numquam θρύπτω a se

τέτρυμμαι generet, neque τρύω τέθρυμαι. Sed oritur jam alia quaestio, unde factum sit, ut saepius τέτρυμμαι in veteribus libris scribatur. At eodem jure hoc semper τέτρυμαι scribi debere contendimus, quo toties εἴλημμαι in εἴλημαι, λῆμμα in λῆμα, sensu exigente critici mutarunt. Simile vitium per longum tempus Herodotum insederat 2, 8. τεταμμένον pro τεταμένον, donec praeeuntibus codicibus quibusdam et ipsa Aldina editione a Schaefero ejectum est. In Schweighäuseri quidem editione denuo τεταμμένον legitur, sed ut ex Varietate lectionis pag. 164. apparet, invito editore. Praeterea, ne quid omittamus, quod ad quaestionem hanc dijudicandam valeat, fieri quoque potuit, ut librariorum, qui τέτρυμμαι scripserunt, animo obversaretur duplex illa scriptura, quae iu perfecto passivi verborum in νω exeuntium saepissime reperitur, ut τεθήλυμμαι et τεθήλυμαι, quibus tertia etiam, eaque longe frequentior, τεθήλυσμαι accedit. Nonnulla hujus generis tetigit *Buttm. Gr. Gr. pag.* 165. His jam addo: παρώξυμαι. *Lucian. cal. n. tem. cred. c.* 23. δεδάσυμαι. *Hippocr. T.* 1. *p.* 478. 536. ἐξήραμαι. *id. T.* 2. *pag.* 18. *Galen. T.* 2. *pag.* 14. *Ald.* τετράχυμαι. *Galen. T.* 2. *p.* 7. 11. ἐσκλήρυμαι. *Galen. T.* 2. *pag.* 14. 17, *B.* 31, *B.* 33. κατήσχυμαι. *Chrysostom. in Daniel. pag.* 183. Sed παρώξυμμαι. *Schol. Soph. Ajac. v.* 325. ἐξήραμμαι. *Apollodor. bibl.* 1, 9, 7. τεθήλυμμαι. *Lucian. deor. dialog.* 5, 3. (ubi Schmieder sine causa, Belino jubente, e nonnullis codicibus ἐκτεθηλυμένος edidit) μεμάραμμαι. *Clement. Alex. pag.* 43. ἐσκλήρυμμαι. *Galen. T.* 2. *pag.* 33. Tandem ἐξήρασμαι. *Hippocr. T.* 1. *pag.* 240. 342. 388. *Galen. T.* 2. *p.* 31, *B.* 33. τεθήλυσμαι. *Lucian. Piscat. c.* 31. (ubi in uno cod. Paris. κατατεθηλυμμένος exstat.) τετράχυσμαι. *Lucian. Piscat. c.* 51. *Galen. T.* 2. *pag.* 10, *B.* ὕφασμαι. *Lucian. ver. hist.* 1, 18. *Arist. de LXX. interprett. pag.* 264. *V. D.* κεκοίλασμαι. *Hippocr. T.* 1. *p.* 50. τεθέρμασμαι. *id. T.* 1. *p.* 236. 383. 394. *T.* 2. *p.* 15. *Galen. T.* 2. *p.* 8. 16, *B.* λελέπτυσμαι. *Hippocr. T.* 1. *p.* 309. *T.* 2. *p.* 19. *Galen. T.* 2. *p.* 2. ἐσκλήρυσμαι. *Hippocr. T.* 1. *pag.* 605. μεμόλυσμαι. *Heliodor. Aethiop. p.* 77. σεσήμασμαι. *Schol. Soph. Ajac. v.* 4. πεπάχυσμαι. *Galen. T.* 2. *pag.* 7. λελεύκασμαι. *id. T.* 2. *p.* 10, *B.* 13, *B.* At profecto hic quoque nullam causam video, cur eadem vox et duplici μ et simplici scripta fuerit. Hoc enim non ex peculiari usu quorundam scriptorum repeti potest, qui euphoniae gratia alterum μ expunxerint, cum, ut ex exemplis

allatis patet, promiscue utraque scribendi ratio in omnibus reperiatur. Qnare cum Buttmanno scripturam, quae simplex μ ostendit, non solum addubito, verum prorsus vitiis librariorum annumero. Neque quicquam praesidii sibi petere potest a perfecto activi. Affert quidem Buttmannus κεκέρδακα, nescio unde, et ἐβεβραδύκει, a me quondam ipsi suggestum, *e Lucian. conviv. s. Lapith. c.* 20. Verum in tanta paucitate exemplorum, quae omnium omnino perfectorum activi exstant, duo tamen haec nihil valent contra majorem multitudinem, quae formae regularis adduci possunt. πέφαγκα et μεμίαγκα habet jam *Matthiae Gr. Gr. pag.* 218, illud ex Dinarcho, hoc e Plutarcho (ceterum parum accurate in his formis perfectorum ab ανω et υνω proficiscentium versatus est Matthiae). Atque sic προςπαρώξυγκα. *Dion. Cass.* 37, 29. σεσήμαγκα. *Arist. de LXX. interprett. pag.* 271. *v. D.* κεχλίαγκα, τεθέρμαγκα *Hesych. s. h. v. pag.* 242. Adde notata *Valkenario in diatribe de Aristobulo pag.* 87, qui simul observat, puras Atticorum aures, praeter πέφαγκα, a caeteris abhorruise.

v. 693. οἵ οἱ πρόσθε ποδῶν θαμέες ποτόωντο δι' αἴθρης
δεινὸν ἀπαιθόμενοι·

Sic Tychseuius; antea erat ἀπαιθομένης, quod non displicet. Colorem traxit Quintus ex Hesiodi Theog. v. 688. sqq.

v. 735. malim γυναιμανέεσσι, nam de forma γυναιμανέων valde addubito.

v. 759. quemadmodum etiam 4, 400., προπάροιθεν mutandum videtur in τοπάροιθεν, qui solennis est Quinto usus: 1, 62. 69. 2, 13. 336. 340. 3, 80. 750. 4, 314. 5, 148. 8, 269. 9, 401. 10, 243. 11, 233. 12, 128. Neque minus 8, 303. pro ὅςτε πάροιθεν lege ὃς τοπάροιθεν.

v. 761. ἀλλ' οὐ Πηλείδης τοι ὁμοῖος ἐξεφαάνθη,
ὃς σεῦ θυμὸν ἔλυσα.

Patet scribendum esse ἐξεφαάνθην. Similis macula Horatio abstergenda, ni fallor, in mellitissimo carmine 3, 9, 6:

donec non alia magis
arsisti, neque eram Lydia post Chloen,
multi Lydia nominis
Romana vigui clarior Ilia.

Exemplaria omnia erat Lydia praebent; sed dixit quoque Lydia vigui non viguit. — v. 792.

ὅσα κταμένῃ ἐπεῴκει
ἐν πυρὶ συγχεύασθαι ἐΰκτεάνῳ βασιλείῃ.

lege συγκείασθαι.

Ceterum v. 490. κέασσεν pro κέδασσεν reponi quoque jussit C. E. Glasewald, juvenis optimae spei, in Conjectaneis in Quintum Smyrnaeum, Vitebergae nuper editis p. 9. Idem p. 17. 18. respiciens programma auctumnale nostrum (Progr. 5. 1816.), ante annum editum, ubi (lib. 9. v. 132.) certam ob causam μίη in μίγῃ mutaveramus, tres praeterea locos Quinti affert, ubi μίη occurrat:

7, 163. πυρκαΐην ἅμα πᾶσι μίην περινηήσαντες,
11, 361. μιῇ δ' ἅπαν ἤρμοσεν ἅρμῃ
et 13, 348. νὺξ δὲ μίη μιν ἔφηνε καὶ υἱέα πατρὶ γέροντι
ἤπιον ἐκπάγλως καὶ ἀμεμφέα παιδὶ τοκῆα.

Atque in primo quidem loco μίαν ipse corrigit, secundi non minus facilem emendationem pronuntians rescripto μιῇ — ἅρμῃ. Bene; nam Tychsenius pessime edidit μίη — ἅρμη. Sed Glasewaldium Rhodomanni editionem non inspexisse liquet. Hic enim jam μιῇ — ὅρμῃ habet. Neque, hac inspecta, difficiliorem emendationem tertii exempli dixisset, neque Spitzner, quod pace Viri Doctissimi dixerim, apponere jussisset νὺξ μία μέν μιν ἔφηνε. Rhodomanni enim editio habet νὺξ δέ μιν ἥμιν ἔφηνε, quod non cum Rhodomanno in νὺξ δὲ μίη μιν mutandum fuit, sed aut relinquendum, aut, quod praefero, νὺξ δὲ μί' ἥμιν ἔφηνε rescribendum.

Lib. II.

v. 1. Αὐτὰρ ἐπεὶ κορυφὰς ὀρέων ὑπερηχηέντων
λαμπρὸν ὑπὲρ φάος ἦλθεν ἀτειρέος ἠελίοιο.

Qui sint montes ὑπερηχήεντες, nescio; disjungenda sunt, quae male coaluerunt: ὀρέων ὕπερ ἠχηέντων. Secundum ὑπὲρ pertinet ad ἦλθεν, quemadmodum v. 123.

ἦμος δ' ἠλιβάτων ὀρέων ὑπερέσσυται ἄκρης
λαμπρὸς ἀν' οὐρανὸν εὐρὺν Ἑωςφόρος·

v. 27. ὦ φίλος, ἠδ' ἄλλοι Τρῶες, σθεναροί τ' ἐπίκουροι,

Scribo οἱ δ' ἄλλοι. Nam si bene memini, *ceteri* Quinto semper dicuntur οἱ ἄλλοι, ut plerumque etiam in Odyssea; cf. Nost. 2, 16. 73. Od. 9, 61. — v. 46. pro δαμείη lege δαμείῃ propter sequens γένηται. — v. 56.

διττάκι τόσσα φέροντας ὑπὲρ πόλιός τε καὶ αὐτῶν.

Saepe sic in epicis in hac formula αὐτὸν, αὐτοὺς de ipsis incolis, praesertim de viris usurpatur, etiam ubi aliud pronomen exspectes, ut h. l. ἡμῶν αὐτῶν. Simplicissimum est, ut legitur 8, 211.

Εὐρύπυλ' ἤπου ἔφης Δαναῶν νέας ἠδὲ καὶ αὐτοὺς δῃώσειν.

quod nulla explicatione eget. Sed. 9, 89.

οὐ γὰρ 'Αλεξάνδροιο πέλει πέρι μοῦνος ἄεθλος
οὐδ' 'Ελένης, ἀλλ' ἔστι περὶ πτόλιός τε καὶ αὐτῶν.

est, ut in primo loco pro ἡμῶν αὐτῶν. Pro μοῦνος malim μούνου. Ibid. v. 119.

κραδίη δέ οἱ ἐν δαῒ μᾶλλον
ὥρμαινεν πονέεσθαι ὑπὲρ τεκέων τε καὶ αὐτοῦ

vide ne fuerit καὶ αὐτοῦ. Sic quoque 9, 534.

ἅμα δ' ἠοῖ δαῖτα πένοντο
αὐτοῖς ἠδ' ἵπποισι

i. e. ἑαυτοῖς; cf. 11, 432. Inde non dubito 7, 510. pro:

ὣς ἄρ' ἀμυνόμενοι νηῶν ὕπερ ἠδὲ καὶ ἀνδρῶν,
μίμνον ἐν ὑσμίνῃ

ex sollemni consuetudine scribendum esse: ἠδὲ καὶ αὐτῶν. Sed. 9, 140. bene se habet.

πάσῃσι δὲ γυῖα
ἔτρεμεν εὐχομένῃσιν ὑπὲρ τεκέων τε καὶ ἀνδρῶν
ἠδὲ κασιγνήτων

mulieres enim Trojanae supplices Deos orabant pro filiis, viris et fratribus, qui pugnabant; ibi καὶ αὐτῶν nihil aliud esse posset, quam: pro se ipsis orabant. — v. 79. ἐγὼ δέ τοι. Melius, ni fallor, ἐγώ γέ τοι. — v. 187. ὕστατος ὕπνος pro ὕστερος occuparunt jam Rhodomannus et Spitzner.

v. 224. εὖτ' ἀλίαστον ἐπὶ νέφεα κτυπέωσι
θηγόμεν' ἀλλήλοισι,

ubi θηγόμεν' pro γηθόμεν' ex Rhodomanni correctione venit, qui vertit: inter se collisae. Sed non satis intelligo. Praestat vel τειρόμεν' vel πλησσόμεν' vel simile quid. Lobeckius θεινόμεν' conjecit. — v. 298—300 aliquid excidisse suspicor; οἱ δὲ enim quo referatur, non habet. — v. 306.

μέλλεν δὲ φίλῳ περὶ παιδὶ καὶ αὐτὸς
κεῖσθαι ὁμῶς κταμένοις, ἐναλίγκιον·

ἐναλίγκιον mirifice languet. Lego κταμένοις ἐναρίθμιον. — v. 328. εἰ δέ μοι ἡβώοντι κατ' ἀντίον εἰληλούθεις scribendum est καταντίον, qua vocula Quintus utitur 1, 540. 3, 34. 131. 161. 8, 267. Tmesin vox haec passa est 8, 274:

κατὰ δ' ἀντίον ἀνέρος ἀνὴρ
μάρνατο θαρσαλέως.

Secundum et tertium casum vox haec adjunctum habet, ut exempla demonstrant. — v. 418:

ἐπεὶ θεόθεν γένος εἰμὶ
Ἠοῦς ὄβριμος υἱὸς, ὃν ἔκποθι λειριόεσσαι
Ἑσπερίδες θρέψαντο παρὰ ῥόον ὠκεανοῖο.

ἔκποθι a Rhodomanno positum est, cum antea esset ἔκτοθι, quod retinendum erat; ἔκτοθι est enim seorsim, h. e. procul a ceterorum hominum commercio in extremo terrae margine. Alia significatione hoc vocabulum legitur 7, 372:

ἐλθόντες δ' ἐπὶ θῖνα βαρυγδούποιο θαλάσσης,
εὗρον ἔπειτ' ἐλατῆρας ἐΰξόου ἔνδοθι νηὸς
ἱστία τ' ἐντείνοντας, ἐπειγομένους τ' ἀνὰ νῆα.
αἶψα δ' ἄρ' αὐτὸς ἔβη· οἱ δ' ἔκτοθι πείσματ' ἔλυσαν,
εὐνάς θ', αἳ νήεσσι μέγα σθένος αἰὲν ἔπονται.

ubi ἔνδοθι et ἔκτοθι sibi opponuntur. Ceterum pro ἐντείνοντας lege ἐντύνοντας, coll. 14, 405. Occupavit hoc jam Rhodomannus, neglectus a Tychsenio. — v. 427.

ναίει ὁμῶς κήτεσσι, μετ' ἰχθύσι κυδιόωσα,
ἄπρηκτος καὶ ἄϊστος.

Qui Quinti consuetudinem novit, probabit correctionem nostram: μέγ' ἰχθύσι κυδιόωσα. — v. 495.

ὑψόθε δ' οὐρανὸς εὐρὺς ὑπέβραχεν.

Scribendum est hoc loco ἐπέβραχεν, quod monuit jam Spitzner Mant. p. 203. idemque verbum restituendum v. 393.

τεύχεα δ' ἀμφ' ὤμοισιν ὑπέβραχε.

v. 563. ὁππότε Μέμνονος ἦμαρ ἔῃ λυγρὸν, lege ἦμαρ ἔῃ (ἴοι) λυγρόν. — v. 573. pro ὑπηέριοι legendum videtur ἐπηέριοι. v. 577. pro σῶμ' ἀναγειρόμενοι μογεροὶ φορέουσιν ἑταῖροι lege ἀναειρόμενοι — φορέωσιν — . — v. 622. prorsus mirum est illud μὴ ἵνα pro ἵνα μή. — v. 627. φέρων pro φέρειν Spitzner jam occupavit. — v. 634.

παννυχίη δ' ἀλεγεινὸν ἀνεστονάχιζε γοῶσα
Ἠώς.

ἀναστοναχίω ex Orphicis citat Schneider in Lex.; eadem forma paulo ante usns erat Quintus v. 608.

ἡ δ' ἄρ' ἐνὶ μέσσῃσιν, ἑῷ περὶ παιδὶ χυθεῖσα
μακρὸν ἀνεστονάχησε πολύστονος Ἠριγένεια.

ut nescias, annon ntroque loco vel ἀνεστονάχιζε vel ἀνεστονάχησε rescribendnm sit.

Lib. III.

v. 69. Τίς νύ μοι αἰνὸν ὀϊστὸν ἐπιπροέηκε κρυφηδόν;
τλήτω μεν κατέναντα, καὶ εἰς ἀναφανδὸν ἰκέσθω.

Lege ἰκέσθαι, quod cum κατέναντα jnngendum est. Sic statim v. 77. τῷ μεν ἴτω κατέναντα.

Secundum casum vox κατέναντα habet hic et 1, 552. 3, 444. 8, 268., tertium 4, 286. — v. 81. scribendum est:

κείνου ὑπαὶ βελέεσσιν ὀϊζυρῶς ἀπολέσθαι

pro vulg. ὀϊζυροῖς, coll. 6, 399. 9, 21. — v. 124.

ἀλλά ἑ, ὡς ζώοντα, νέκυν περιπεφρίκασιν.

Hiatus in fine primi pedis tolerari nequit, nam qnae ejusmodi exempla ex Quinto afferri possunt, ea vel corrupta sunt, ut 11, 365:

τοῖαι Ἀργείων πεπυκασμέναι ἀμφὶ βοείαις
καρτύναντο φάλαγγες,

ubi syllaba ob similitudinem vocis sequentis fugitiva restituenda est: τοῖαι ἄρ' Ἀργείων κ. τ. λ., quod a Spitznero qnoque jam notatum est Mant. p. 259., qni non minus alium locum 6, 35 bene sanavit; — vel aliam excnsationem habent, ut 4, 185:

τῶν πέρι οἶδε ἀνέσταν, ἐελδόμενοι μέγα νίκης,

ubi Hermannus (Orph. p. 744) duplicem hiatum vitaturus scripsit: τῶν πέρι τοίδε γ' ἀνέσταν. Sed fuit: τῶν πέρι οἱ δύ' ἀνέσταν; cf. v. 215. 29. ubi ἄλλω δύω φῶτε legitur. Hiatum vero post περὶ ferendum duco; quem si pertinaciter eliminandum duxeris, scribe: τῶν πέρι δοιοὶ ἀνέσταν κ. τ. λ. Bene itaque Hermannus Orph. p. 743. ἀλλά οἱ, ὡς ζώοντα κ. τ. λ. Praeterea verbum περιφρίττω dnbii nota, qua insignitum legitur apnd Schneiderum in Lexico, liberatur hoc loco Quinti, cui tot etiam alia composita cum ἀμφὶ et περὶ debemns. — v. 591.

περιστενάχοντο δὲ λυγρὸν
κήτεα μυρομένῃσιν.

Compositam hanc formam, gutturali litera insignitam, omittunt lexica, quae tamen simplex στενάχω non minus quam στενάζω

receperunt. Atque profecto rara snut exempla, ubi in praesenti tempore in eadem voce praeter literam sibilantem ζ gutturalis quoque χ appareat, ueque aliud exemplum uovi, quam φώζω et φώγω, si vera Schueider affert, qui utramque banc formam laudat. Mihi vero nihil praeter φώζω et φωγνύω se obtulit; φώζοντα et φωζόμενα habet Hippocr. de Diaet. 2. T. 1. p. 229. Liud. φώγνυται Dioscorides 1, 80. Sed φώζω et φώγνυμι eodem modo cohaereut, ut ῥήσσω et ῥήγνυμι, et quae hujus geueris alia suut. Neque tamen quisquam inde obtinebit, ῥήγω in usu fuisse Graecis, iis saltem temporibus, ad quae uostra mouumeuta pertinent. Grammatica quidem disciplina his et similibus formis carere non potest; in lexica vero eae non admittendae suut, aut, si admittantur, moneudi lectores, juniores praesertim, quos saepe hiuc deceptos uovi, ut sciant dignoscere, quidnam revera usus tulerit, quiduam grammaticis tautum rationibus debeatur. Sed quod dolendum, in receutissimis lexicis confusio haec magis aucta est, adscitis etiam ejusmodi formis, quas ue necessitas quidem grammatica postulavit, nedum usus comprobare possit. Sed haec occasione oblata disseruimus; περιστενάχω, de quo sermo est, habet Quiutus praeter hunc locum 3, 668. 730. 7, 35. 9, 49. 11, 323. 12, 430. Aliud hinc derivatum περιστοναχέω dubium Schueidero videtur, nescias cur, cum idem στοναχέω, ἐπιστοναχέω sincera putet. Locupletem praeterea assertorem vox haec habet in Quint. 3, 397:

ἡ δ' υἷα περιστονάχησε πεσόντα.

v. 601. ἀκταὶ δὲ περίαχον Ἑλλησπόντου.

Idem περιάχω redit 11, 382 et divisim 3, 706, uude satis constat, περιάχω esse περιηχέω, quod ex Homero Schueider offert. Mirum tamen, hanc solam esse vocem cum περὶ compositam, quae τὸ ῑ contractioue quadam produxerit; neque alicubi id me legere memiui, uisi in Quinto, qui περιάχω ad similitudinem τοῦ ἀμφιάχω dixisse videtur, ut 4, 147.

πολὺς δ' ἀμφίαχε λαὸς
ἀσπασίως.

Lib. IV.

v. 6. Trojani cadaver Glauci rogo imposuerant. Verum

τὸν δ' αὐτὸς Ἀπόλλων
ἐκ πυρὸς αἰθομένοιο μάλ' ἐσσυμένως ἀναείρας
δῶκε θοοῖς ἀνέμοισι φέρειν Λυκίης σχεδὸν αἴης.

Sed Glauci cadaver non prope Lyciam asportatur, sed in ipsam Lyciam, ut ex sequentibus patet. Lego itaque:

δῶκε θοοῖς ἀνέμοισι φέρειν Λυκίης πέδον αἴης.

Sic Euripid. Med. 664. πόθεν γῆς τῆσδ' ἐπιστρωφᾷ πέδον, *ibid.* 744. et saepius. cf. Reisig. comment. crit. ad Oed. Colon. p. 181. Atque hinc satis defenditur lectio nostra, quamquam epici poëtae nunc nullum testimonium occurrit. Nolo enim abuti alio Quinti loco, ubi scriptum exstat, 3, 159:

Ἀλκιθόου δ' ἄρ' ἔπειτα, διὰ γναθμοῖο περήσας,
γλῶσσαν ὅλην ἀπέκερσεν· ὁ δ' ἐς πέδον ἤριπε γαίης,
ἀμπνείων· αἰχμὴ δὲ δι' οὔατος ἐξεφαάνθη.

Dixi, nolle me abuti hoc loco. Nam ἀναπνεῖν per se solum non est *exspirare*, quo modo Latina interpretatio habet: *qui ad terrae solum procubuit exspirans.* Imo ἀναπνεῖν viventis est. cf. Xenoph. Anab. 4, 1, 22. Dionys. epit. 15, 3. Hinc 3, 536. Minerva Achillem mortuum perfundit ambrosia, quo facto

θῆκε δ' ἄρ' ἐρσήεντα καὶ εἴκελον ἀμπνείοντι.

Quid, quod is, cui post magnam calamitatem ex insperato salus affulget, ἀναπνεῖν dicitur, ut Achille mortuo Trojani, 4, 22.

ἦ γὰρ ὀΐω
βλημένον ἀμπνεύσειν Τρώων ἐριχυδέα φῦλα.

9, 470. Philoctetes,

ὁ δ' ἄμπνυεν ἐκ κακότητος.

Quapropter mihi quidem persuasissimum est, legendum esse l. c.

ὁ δ' ἐς πέδον ἤριπε, βαιὸν
ἀμπνείων.

Βαιὸν ἀναπνεῖν enim dicuntur ii, qui aut formidine perculsi aut vulnerati spiritum aegre ducunt. Sic, 3, 368. Trojani, ab Ajace in fugam versi,

πεπταμένῃσι πύλῃς ἐπέχυντο πόληος
βαιὸν ἀναπνείοντες, ἐπεὶ φόβος ἦτορ ἵκανεν.

Sic quoque 3, 340, Paridem, graviter vulneratum ab Ajace, amici eripiunt, atque

ἵπποις Ἑκτορέοισι φέρον ποτὶ Τρώϊον ἄστυ
βαιὸν ἔτ' ἀμπνείοντα καὶ ἀργαλέον στενάχοντα,

ubi male ἐμπνείοντα editur. Praeterea vero βαιὸν sive τυτθὸν ἀναπνεῖν dicuntur ii, qui paulisper recreantur a laboribus, ut 4, 64.

ἥ μος ἀ ν α π ν ε ί ο υ σ ι βροτοὶ β α ι ὸ ν καμάτοιο.

7, 624. οἱ δ' ἀγχόθι πύργων

β α ι ὸ ν ἀ ν έ π ν ε υ σ α ν.

9, 430.

ἀ μ π ν ύ σ θ η (l. ἀ μ π ν ύ ν θ η) δ' ἄρα τ υ τ θ ό ν.

Quibus simile est, quod 1, 80. legitur

ὅμως δ' ἄρα β α ι ὸ ν ἰ ά ν θ η

πολλῆς ἐκ κακότητος.

Cf. ibid. v. 75. περὶ φρεσὶ τ υ τ θ ὸ ν ἰ ά ν θ η.

v. 27. οὐδέ τις ἡμέων

κείνῳ ἔ ν α ν τ' ἐ λ θ ὼ ν, ἔτ' ἐ π έ δ ρ α κ ε ν Ἠριγένειαν.

Olim legebatur

κοίνῳ ἔσαντα ἰδὼν, ἔτ' ἐπέδραμεν Ἠριγένειαν.

ubi κείνῳ et ἐπέδρακεν Rhodomannus jam reposuit, idem utrum ἔσαντα an ἔναντα scribendnm dubius. Unde ἔναντ' ἐλθὼν venerit, nescio. Si codices secutus Tychsenius hoc novavit, non repugno. Sin minus, retineo ἔ σ α ν τ α ἰ δ ὼ ν ob argutam oppositionem. Sed ἐπέδρακεν in ἐ σ έ δ ρ α κ ε ν mutandum videtur. Sol quidem, et aurora ἐφορᾶν, ἐπιδέρκεσθαι dici possunt nos, aut terram (ut *Euripid. Hippolyt.* 849. *Homer. Odyss.* 12, 323.). Sed homines non ἐπιδέρκονται solem etc.

v. 79. κίνυτο δ' ἠΰτε πόντος ἀπείριτος Ἰκαρίοιο

ἠ δ ὲ κ α ὶ ἀναλέον βαθὺ λήϊον κ. τ. λ.

Sermo epicus postulat ἠ ὲ κ α ὶ ἀναλέον etc. quod Rhodomannus quoque in interpretatione expressit.

v. 93. ἀλλὰ χρὴ ἐν νήεσσι μένειν, ἄχρις ἐξ ἁλὸς ἔλθῃ

δῖα Θέτις· μάλα γάρ οἱ ἐνὶ φρεσὶν ἥ δ ε τ α ι ἦτορ

υἱέος ἀμφὶ τάφῳ περικαλλέα θεῖναι ἄεθλα.

Offendit in hoc loco Spitzner. quoque V. D. pag. 224, cui prorsus assentior in explicanda causa, cur vulgata lectio deseri debeat. Ipse reposuit ἐνὶ φρεσὶν ἔλδεται ἦτορ, facili sane mutatione. Sed propius etiam ad literarum ductus accedit, quod ut in posterum recipiatur, suademus: ἐνὶ φρεσὶ μ ή δ ε τ α ι ἦτορ. — v. 130. lege εὐφροσύνης τε καὶ εἴδεος. — De v. 185. cf. adnot. ad 3, 184.



v. 195. τοὺς δ' (Sc. Ajacem et Teucrum, cursu certaturos,) ἔρις ὀτρύνεσκεν ἀκήρατος.

Quae sit ἔρις ἀκήρατος nescire me fateor. Vertunt: *„eosque lis incruenta impulit.“* Sed ἀκήρατος solum per se, nisi ubi ex re ipsa aut propter addita alia vocabula sententia hoc postulat, *incruentum* significare non potest. ἀκήρατος enim, ἀκηράσιος, et ἀκέραιος, quod ejusdem originis est, quamvis aliter sentiat Riemer in Lex. s. v. ἀκήρατος, dici de omnibus, quae non mixta, sincera, pura, intacta et intaminata sint, quis nescit? *Tim. Lex. p.* 17. ἀκήρατοι, καθαροί, ubi cf. Ruhnkenium, inter alios locum *Porphyrii de abst. anim. l.* 4. *pag.* 174 afferentem: ἡ δὲ συνήθεια λέγει τὸ ἄμικτον καὶ καθαρὸν καὶ ἄφθαρτον καὶ ἀκραιφνὲς ἀκήρατον. Add. exemplis Ruhnkenii haec: οἶνος ἀκηράσιος *Homer. Odyss.* 9, 205. *Apollon. Rhod.* 2, 1274. ὕδωρ ἀκήρατον *Iliad.* 24, 303. σμύρνη ἀκήρατος *Herodot.* 2, 86. ἅλς ἀκήρατος *Nonn. Dionys.* 22, pag. 600, 11. Atque haec quidem propria significatione, quae de etymo nullum dubium relinquunt. Hinc translata est vox ad omnia, quae pura et intaminata sunt; locos Homeri et Euripidis praeterimus, ne ex indicibus sapere videamur; contenti solo exemplo λέχος ἀκήρατον *Euripid. Orest.* 568, pro quo ἀκέραιον λέχος dixit *id. Helen.* 48. et ἀκήρατον λέκτρον *Apollon. Rhod.* 2, 502. ne ἀκέραιος et ἀκήρατος quisquam cum Riemero diversa statuat; sic μίτρη ἄχραντος καὶ ἀκήρατος *Apollon. Rhod.* 4, 1025. Proxime ad primam significationem accedit πῦρ ἀκήρατον *Quint. Smyrn.* 4, 138. Intactum, illibatum λειμῶνα jam Homerus ἀκηράσιον dixit, *Hymn. in Mercur.* 72., ut post eum Euripides, et recentissimis temporibus ἄνθεα ἀκήρατα *Man. Phil. carm.* 5, 307. *pag.* 166. κτήματα ἀκήρατα, et οἶκος ἀκήρατος Homeri indices praebebunt. φάρμακα ἀκήρατα habet *Apollon. Rhod.* 4, 157. Tum a corporeis rebus ad animum translata est vox. Qua ratione a propria significatione in hanc translatam inflexa sit, monstrat ὁ ἀκήρατος κόσμος τῆς ψυχῆς apud *Lucian. Somn. c.* 10. Ad propriam significationem alludit quoque ἀκήρατον τὸ θεῖον *id. Hermotim. c.* 10. Sed mere translata sunt Mithridatis ἀκέραιον φρόνημα apud *Dion. Cass. l.* 37. *pag.* 38. *C. Steph.*, ἀκήρατος αἰδὼς *Quint. Smyrn.* 14, 55. ᾆσμα ἀκήρατον *Clem. Alex. pag.* 4. ἀκήρατος οὐσία *id. pag.* 50. ἀκήρατος καὶ ζωτικὴ πηγή *id. pag.* 75. ἀκήρατος ὑποθήκη *id. pag.* 98. et alibi; nam hic scriptor praecipue sibi in hac voce

placet*). Ex omnibus his patet, cur, quae sit Ἔρις ἀκήρατος h. l., intelligere nequeam. Donec meliora edoccar, lego τοὺς δ' Ἔρις ὠτρύνεσκεν ἀπείριτος. — Sed eadem vox ἀκήρατος monet nos, ut de alio quoque Quinti loco sententiam nostram proferamus. Est is 6, 143. *sqq.*

τοῦ δ' ἄρα κύδιμον υἷα Πάρις μάλα πρόφρονι θυμῷ
ἦγεν ἑὸν ποτὶ δῶμα δι' εὐρυχόροιο πόληος
σῆμα παρ' Ἀσσαράκοιο, καθ' Ἕκτορος αἰπὰ μέλαθρα,
νηόν τε ζάθεον Τριτωνίδος, ἔνθα οἱ ἄγχι
δώματ' ἔσαν καὶ βωμὸς ἀκήρατος Ἑρκείοιο.

Legendum est καὶ Ἕκτορος αἰπὰ μέλαθρα, ut verba quoque ab Hermanno citari video in *Orphic. pag.* 805, lectore de correctione non monito. Verum hic Vir D. alio praeterea vulnere locum laborare credidit: „*ut haec nunc leguntur, Jovis Hercei aedes et ara intelligi debent, ita ut οἱ abundet. Sed probabilius est, domum Paridis intelligi, et de Paride dici οἱ; quare scribendum videtur βωμὸν ἀκήρατον, ad quae verba repetendum sit παρά. Comparari potest* 13, 435 *sqq.*" Sed Jovis Hercei aedes et ara vel propterea intelligi nequeunt, quod de aede Jovis Hercei nuspiam ne fando quidem auditum est: de ara mox videbimus. Certissimum est, οἱ de Paride dici, qui Eurypylum, Trojanis nova auxilia afferentem, hospitio excepturus per urbem domum suam ducit, quae cum reliquis domibus regiae Priamidarum familiae in arce Pergamena haud procul a Minervae templo erat. In atrio aedium Priami ara illa Jovis Hercei stabat, ad quam postea Priamus a Neoptolemo occisus est, satis illa a poëtis et Graecis et Latinis celebrata; cf. *Nostr.* 13, 222. *Heyne Excurs.* 11. *ad libr.* 2. *Aeneid. Cerd. ad Aeneid.* 2, 513. Atque eadem ara Jovis Hercei intelligitur quoque in loco, quem Hermannus affert, nostri poëtae 13, 435.

ὦρτο δ' ἄρα κτύπος αἰνὸς ὁμοῦ·**) καίοντο δὲ πάντα

---

*) Addimus praeterea, in iis locis, ubi *Ruhnkenius ad Tim. l. l.* ἀκήρατος in ἀγήραντος mutat, veteres saltem grammaticos ἀκήρατος, producto ᾱ, legisse videri, quod patet ex Etymolog. magn. *pag.* 47, 46. *et Zonar. p.* 99. ubi a γῆρας derivatur ἀκήρατος. Nihilominus tamen certa est Ruhnkenii emendatio.

**) male edita exemplaria ὁμοῦ sequentibus connectunt.

Ἀντιμάχοιο μέλαθρα· καταίθετο δ' ἄσπετος ἄκρη,
Πέργαμον ἀμφ' ἐρατὴν, περί θ' ἱερὸν Ἀπόλλωνος,
νηόν τε ζάθεον Τριτωνίδος, ἀμφί τε βωμὸν
Ἑρκείου· θάλαμοι δὲ κατεπρήθοντ' ἐρατεινοὶ
υἱωνῶν Πριάμοιο·

atque hic locus cum eo, de quo nunc agitur, collatus vix dubitationem admittere videtur, eandem Hercei aram intelligi debere. Aptissime quoque ἀκήρατος hic βωμὸς dicitur, nondum Priami sanguine respersus. Atque haec sine dubio fuerunt, quae Hermanno suaderent, ut, cum δώματα de aedibns Paridis (sejunctis illis a regia domo Priami, ubi ceteri filii Priami una cum patre habitabant. cf. *Il.* 6, 242—250. *coll.* 313—317.), intelligi debeant, βωμὸς Ἑρκείου vero de ara Jovis Hercei in atrio aedium Priami, locum, sic sane corruptnm, emendatione sanare conaretur. Sed, pace viri doctissimi dixerim, paulo durior haec emendatio mihi videtur. Nam quis unquam ita locuturus fuisset, si vel maxime impedito sermone uteretur: duxit eum domum per urbem, praeter monumentum Assaraci et Hectoris aedes, praeterque templum Minervae, cui propinqua ipsius erat domus, et praeter aram Jovis Hercei. Qui ita aliquem duceret, hnnc jam praeteriisse suam ipsius domum et ulterius progressum esse, omnes crederent. Lubens et ipse propter locos ex ipso nostro allatos et propter adjectum ἀκήρατος aram in atrio Priami intelligerem; sed cum hoc in lectione recepta fieri neqneat, emendatio vero loci male successerit, optimum mihi videtur, nihil in recepta scriptura mutare, et utrumque δώματα καὶ βωμὸς Ἑρκείου de aedibus Paridis intelligere, ut Latini quoque domum et penates conjungere consueverunt. Aram enim Jovis Hercei nisi in omnibus tamen in longe plurimis priscorum heroum aedibus fuisse, ex pluribus locis colligitur, ex quibus duos nunc attulisse sufficiat: alterum *Homeri Odyss.* 22, 335.

δίχα δὲ φρεσὶ μερμήριζεν (Phemius)
ἢ ἐκδὺς μεγάροιο, Διὸς μεγάλου ποτὶ βωμὸν
ἑρκείου ἵζοιτο τετυγμένον, ἔνθ' ἄρα πολλὰ
Λαέρτης Ὀδυσεύς τε βοῶν ἐπὶ μηρί' ἔκαιον, κ. τ. λ.

alterum *Festi*, quem citat *Scioppius in paradox. liter. epist. V.*, *Herceus Jupiter intra conseptum domus cujusque colebatur, quem et deum penetralem appellabant.* Et quod ἀκήρατος haec ara Jovis

ante Paridis aedes vocatur, id ad Priami caedem nunc quidem respicere non potest; verum simpliciter puram, sacram aram significat.

v. 210. sqq. *Τεῦκρον δ' ἐσσυμένως ἕταροι περιποιπνύοντες*
ἦγον ἐπισκάζοντα· θοῶς δὲ οἱ ἰητῆρες
ἐκ ποδὸς αἷμ' ἀφέλοντο.

In his pro *ἐπισκάζοντα* scribendum videtur: *ἔτι σκάζοντα.* Praeterea vero *ἀφέλοντο* quoque corruptum habeo.

v. 265. *ἀλλ' ἄρα Νέστωρ*
ἔστη ἐν μέσσοισι καὶ ἀμφοτέροισι μετηύδα.

Legendum *ἐνὶ μέσσοισι.* Notavit quoque *Hermann. in Orphic. pag.* 713. Sed idem *ἐνὶ μεγάροις*, quod simili ratione ultimam in *ἐνὶ* producit, ex Quinto Smyrnaeo non affert; locos Apollonii Rhodii, quibus tamen addi potest 4, 8. jam attulit *ibid. pag.* 704. Sed *ἐνὶ μεγάροις* non semel dixit Quintus: 2, 73. 164. 13, 357. 14, 323. atque certissima conjectura restituendum est 13, 278.

καί μοι κάλλιπε τυτθὸν ἐνὶ μεγάροις ἔτι παῖδα,

ubi sine sensu *ἐν ἡμετέροις* nunc vulgatur.

v. 279. *ἡ δ' ἄρα δαινυμένοισι παροινοχόει μέθυ λαρόν.*

Vocem *παροινοχοέω* ex hoc loco Schneider jam in Lexic. recepit; sed, ni fallor, disjunctim scribendum est: *πάρ' οἰνοχόει.*

v. 297. *ἀλλ' ἄλλοι νέοι ἄνδρες ἐπεντύνεσθε ἄεθλον.*

Hermannus l. c. *pag.* 744. *ἀλλ' ἄλλον νέοι ἄνδρες ἐπεντύνεσθον ἄεθλον.* Verum *ἄλλοι* non erat sollicitandum. In certamine enim pugilatus ineundo Idomeneus primus surrexerat; cui nemo se opponere ausus est, *ἐπεί ῥα γεραίτερος ἦεν.* Qui cum sic *ἀκονιτὶ* vicisset, et praemium accepisset, hortatur Phoenix alios, eosque juvenes, ut ad idem certamen se accingant, non ad aliud. Pro *ἐπεντύνεσθε* vero vel, quod Hermannus voluit, rescribendum, vel *ἐπεντύνεσθ' ἐς ἄεθλον.*

v. 326. *ἀλλ' οὔθ' οἵ τις ἐτόλμα ἔνεγγυς ἱκέσθαι*
εἵνεκα πυγμαχίης.

Pro *οὔθ'* lege *οὐδ'*: sed neque huic quisquam se opponere ausus est, ut antea nemo Idomeneo. Tum *ἐτόλμα ἐγγὺς* rescripsit jam Hermannus Orph. p. 696; cf. 3, 141.

οὐδ' ἄρα οἱ Τρώων τις ἐτόλμα ἐγγὺς ἱκέσθαι.

Hiatum finis pedis quarti excusat.

v. 333. certam ob causam pro:

ἀζαλέους ἱμάντας ἔχεν περὶ χερσὶ θοῇσι

malim ἕλεν, neque obstat v. 338.

περὶ χερσὶν ἔχων βοὸς ἶφι δαμέντος
ῥινοὺς ἀζαλέας.

Immo librarii, quum huic loco priorem similem esse debere existimarent, illud ἔχεν ibi intulerunt. Acamas enim lora manibus capit, quae postea Agelaus ipsi ἀμφέβαλεν παλάμῃσιν (v. 335), verum Epeus jam ἐν μέσσοισι — εἱστήκει, περὶ χερσὶν ἔχων κ. τ. λ. — v. 371. pro ἐσσυμένων sententiarum nexus suadet ἐσσυμένως. — v. 396.

τῶν δ' ἀμφιτετρυμμένα τύμματα πάντα
ἠκέσατ' ἐνδυκέως Ποδαλείριος.

Hic, si non aliud vulnus et ipsum Podalirio egeret, comparatis iis, quae dicta sunt ad 1, 637., legeres ἀμφιτεθρυμμένα, sive mavis, ἀμφιδεδρυμμένα, ut 4, 540:

ἠκέσατ' ἐσσυμένως Ποδαλείριος ἕλκεα πάντα,
ὅσσα περιδρύφθησαν.

Sed v. 396. vix credo sic debilibus et fractis numeris e poëtae manu exiisse. Observavit enim jam Spitzner de vers. Graec. her. §. 2. raros esse apud veteres poëtas epicos ejusmodi versus, qui nulla caesura in tertio pede incedant; sicubi vero reperiantur, in quarto pede necessariam fere esse incisionem, in secundo vero plerumque etiam obtinere. Atque in Quinti quidem carmine omnes ejusmodi versus masculam caesuram simul et in secundo et in quarto versu observant. Maximus inter hos numerus est eorum versuum, qui pedem tertium ab integra voce exordiuntur, atque finem secundi pedis post caesuram duabus voculis monosyllabis implent. Sic 1, 45:

Ἀλκιβίη τε καὶ Ἀντιβρότη καὶ Δηριμάχεια.

ita quoque, ut pes tertius spondeum efficiat, 11, 183:

Εὐρύμαχός τε καὶ Αἰνείας· σὺν δέ σφιν ἑταῖροι.

cf. praeterea 1, 228. 229. 230. 260. 531. 10, 87. 111. 11, 85. 12, 133. 320. 325 etc. Alii vero sunt versus, ubi secundi pedis ultima brevis syllaba pars est ejus vocis, quae tertium pedem totum et initium quarti implet, ita ut una tantum vocula monosyllaba post caesuram masculam pedis secundi sequatur, ut 1, 530:

Εὐρύνομόν τε φιλοπτόλεμον καὶ Ἐννέα δῖον.

cf. 5, 417. 6, 317. 7, 484. 8, 457. 11, 67. 340. etc. Tandem sunt quoque versus, ubi ambae breves syllabae finales secundi pedis voci, quae tertium pedem implet, adhaerent, ut 5, 105.

Τιτήνων ἐριδαινομένων, Διΐ συμμεμαῶτες.

Cf. 6, 338. etc. Nolui omnia exempla cumulare. Sed praeter has talium versuum formas nullam aliam facile repereris. Nam versus 1, 529:

ἔνθ' Αἴας ἕλε Δήϊχον ἠδὲ Ἀρήϊον Ὕλλον,

non simplici vitio laborat. Legendum esse:

ἔνθ' Αἴας ἕλε Δηΐοχόν τ' ἰδ' Ἀρήϊον Ὕλλον,

viderunt jam Rhodomannus et Hermannus Orph. p. 741. Sed satis hinc patet nullam esse in toto Quinti carmine versum, ubi, si in tertio pede caesura neglecta fuerit, quartus quoque pes ea destituatur. Hinc fidenter corruptum pronuncio versum istum, quem supra dedimus, 4, 396., et emendatione corrigendum. Vide, num sufficiat:

τῶν δ' αἶψα τεθρυμμένα κ. τ. λ.

v. 416. καί μιν κυδαίνεσκον ἀπείριτον, οὕνεκ' ἄρ' αὐτὸν
πληγὴ ἐπαλγύνεσκε θοοῦ ποδός.

Lege ἔτ' ἀλγύνεσκε.

v. 510. πόδας δ' ὑπεκίννον αὔτως.

Num forte ὑπεκίνεον? Quaeritur, an κινύω in usu fuerit. De v. 521. cf. Adnot. ad 8, 331.

v. 578. sq. αὐτὸς ἐνὶ πρώτοισιν ὀϊόμενος μέγα κῦδος
ἱππασίης ἀνελέσθαι· ὁ δ' οὔτι οἱ ἦτορ ἴηνεν
ἀμφ' Ἀχιλῆος ἄεθλα πονεύμενος.

Scribe ἂν ἑλέσθαι et tum πονευμένου.

v. 590. pro ἀεθλήσοντες scribendum ἀεθλεύσοντες ut v. 113. 117.

Lib. V.

v. 49. αἰπύτατον δὲ τέτυκτο θεοδμήτῳ ἐπὶ ἔργῳ.

Lege θεοκμήτῳ, ut v. 6.

καὶ τὰ μὲν εὖ ἤσκητο θεοκμήτῳ ἐπὶ ἔργῳ.

cf. quoque 7, 29. 12, 514.

v. 125. sqq. ἀλλ' ἴτω ὅς τ' ἐσάωσε νέκυν, καὶ ἄριστος Ἀχαιῶν
καὶ νῦν οἱ θνητὰ καὶ ἄμβροτα τεύχη ἕσασθαι
δώσω, ἃ καὶ μακάρεσσι μέγ' εὔαδεν ἀθανάτοισιν.

Sic hunc locum scribendum duxi. Levius est, quod mutavi ὅς

κ' ἐσάωσε, καί νύ κέν οἱ et ἀθανάτοισι, quae grammatica severior et usus poëticus mutari voluit. Sed non minus certum mihi videtur, quod μετεύαδεν in μέγ' εὔαδεν abire jussi. Hoc ei se statim probabit, qui, perlecto Quinto, quantum ille hoc μέγα delectatus fuerit, observaverit, quod exemplis nunc non confirmabimus. (Cf. Annot. ad 2, 427.)

v. 145. pro δῴη scribendum est δώῃ. Rhodomannus habuit δώη, ut nescias, quem modum voluerit.

v. 176. Ὣς φάτο· τοὶ δ' ἕνα θυμὸν ἐνὶ στέρνοισιν ἔχοντες
ἀμφαδὸν ἠνήναντο δικασπολίην ἐρατεινήν.

Ajax et Ulysses, de armis Achillis certaturi, Idomenea, Nestorem et Agamemnonem arbitros sibi elegerant (v. 134. sqq.) Prudenter hinc abhorret Nestor; nam fore ut, quem inferiorem pronuntiaverint, is propter judicium, quod iniquum sibi videatur, arbitris tribus succenseat; quapropter ut captivi Trojani hanc litem dirimant, suadet: laudat ejus consilium Agamemnon, et ipse iram ejus, cui arma deneganda sint, vitaturus. Atqui omnes tres tunc ἠνήναντο δικασπολίην. Sed quo jure poëta hanc ἐρατεινὴν vocare possit, viderint alii; mihi tum ex his, quae praecedunt, tum ex v. 318. verisimile fit, Quintum scripsisse: δικασπολίην ἀλεγεινήν. Sic enim Noster de eadem re versu, quem diximus, 318:

καὶ τότε Τρώϊοι υἷες ἔριν δικάσαντ' ἀλεγεινὴν
αἰζηῶν.

v. 177. pro τῶν δ' ἄρ' ἀναινομένων melius videtur: τῶν δ' ἀπαναινομένων.

v. 212. pro μέσσοισιν ἔχες νέας utique scribendum est ἔχεις νέας. Post v. 231. Tychsenius lacunae signa posuit; si codices secutus, bene fecit; sin minus, asperiorem orationem versu transposito emollies:

ἀλλὰ τίη, μύθοισιν ἐριδμαίνοντε κακοῖσιν,
ὅςτις φέρτερός ἐστιν ἐνὶ φθισήνορι χάρμῃ,
ἕσταμεν ἀμφ' Ἀχιλῆος ἀμύμονος ἀγλαὰ τεύχη;

v. 273. peritis facile persuadebo, legendum esse: οὐ γάρ ἔμοιγ' ἐπάμυνας pro eo, quod vulgatur, οὐ γάρ μοί γ', similiter ut v. 290. καὶ δ' ἐμοὶ pro καὶ δέ μοι.

v. 278. cur Tychsenius στήσας pro στῆσας veterum editionum scripserit, non video.

v. 362. κήδετο γὰρ φρεσὶν ᾗσι πολυτλήτου Ὀδυσῆος,
Ἰρῶν μνωομένη, τά οἱ ἔμπεδα κεῖνος ὄρεξεν.

Sermo est de Minerva; sed legendnm esse ἔρεξεν editores latuisse mirum est.

v. 386. lege ἠὲ pro ἠδέ. v. 388. βίη pro βίῃ. De v. 393. cf. Adnot. ad 2, 495.

v. 432. interpunctione laborat, unde male latine expressus est a Rhodomanno; sic erat constituendus: ὡς οἱ μὲν, Δαναῶν ἀκαχημένοι, ἠγορόωντο. Levia sunt, neque tamen negligenda, quod v. 435. conjunctivus ὑποπτώσσωσι solus locum obtinere potest (occnpavit hoc jam Friedemanuus De med. syll. pentam. Graec. p. 362.) et quod v. 444. κύον pro κύων usus Epicorum postnlat, tum quod v. 469., cur scriptum maluerit Quintus χεῖρεσ' ἐμαῖς pro χερσὶν ἐμαῖς, nescio. Idem emendavit etiam Hermannus Orph. p. 821. v. 470. πάθοι δὲ καὶ ἄλγεα sine dubio rescribendum est pro πάθοι δέ κεν, prorsus ut δοῖεν δὲ καὶ v. 472., et omnia haec optantis sunt, ut ἔλθοι quoque v. 475.

v. 517. ὄφρα με σὺν σοὶ uecessario abeat in ὄφρ' ἐμὲ σὺν σοί. et v. seq. εἴ που ἔτ' εἰσὶν pro εἴ πω ἔτ' εἰσὶν satis jam exemplis adstruxit Spitzner Mant. p. 232. omisso tameu eo, qnod proxime sequitur v. 519.

εἴ που ἔτ' ἀμφινέμονται ἔτι ζωοὶ Σαλαμῖνα,

in quo versu qnid duplex ἔτι sibi velit, nescio.

v. 550. ἀλλὰ σὺ νῦν μὲν ἄϊστος ἀποίχεαι,

νῦν, quod iu codicibus deerat, a Rhodomanno additum est; Dausquejus vero σὺ μοὶ μὲν tentavit, quod prope abest a vero. Legeudum euim est: σὺ μὲν μοί κ. τ. λ.

v. 555. ὀλοῇ γὰρ ἐν' ὀρφανίῃ βαρὺς αἰὼν,
πᾶσι πέλει,

scribere malim pro ἐπ' ὀρφανίῃ ex Platonis Crit. c. 5.: τεύξονται δὲ, ὡς τὸ εἰκὸς, τοιούτων, οἷάπερ εἴωθε γίγνεσθαι ἐν ταῖς ὀρφανίαις περὶ τοὺς ὀρφανούς.

v. 558. ἐτέτυξο scribendum est pro ἐτέτευξο, qnod ab usn Epicorum prorsus abhorret, ueque defendi potest collato τετεύχατο 11, 320, quod necessitas quaedam diphthongum inferri jnssit. v. 571. pro καὶ δ' αὐτὸν λάβε πένθος Ὀδυσσέα praefero κὰδ δ' αὐτὸν λ. π. v. 649 vulgata lectio: ἐπεί οἱ σῶμα πολύκμητος χάδε γαῖα stare nequit; legendum πολύκμητον, ant, quod praefero, πολυκμήτου; cf. Herm. Orph. p. 800. sq.

Lib. VI.

v. 62. remansit ex Rhodomanniana editione:

πέρσειν Ἴλιον αἰπύ· τόδε δὴ νῦν ἐκτελέουσιν,

ubi propter metrum scribas τὸ δὴ νῦν κ. τ. λ. — v. 81. pro εἴ κέν μιν lege εἰ καί μιν, v. 101. pro ὁπότ' ἀντίαι εἰσὶν ἄελλαι lege ὥσιν, v. 110. pro ἠδὲ καὶ ὤμους lege ἠδὲ κατ' ὤμους.

v. 126. ὡς δ', ὁπόθ' ἕρκεος ἐντὸς ἐεργμένοι ἀθρήσωσιν
ἥμενοι ἀνέρα χῆνες, ὅτις σφίσιν εἴδατα βάλλοι,
σαίνουσιν, τοῦ δ' ἦτορ ἰαίνεται εἰσορόωντος.

Qnomodo sedentes anseres σαίνειν possint, neque ego scio, neqne Rhodomannus intellexit, qui ἥμερον, *mitem*, substituit, quod mirum quantum languet. Simplicissimum foret ἥμενον. Anserarius sedet in septo, cui inclusi snnt anseres, atque cibaria iis projicit; anseres vero conferti circum sedentem σαίνουσιν. Sic satis commode locus accipi posse videtur. Sed si contuleris cum nostro loco Hom. Od. 10, 216. sq.

ὡς δ' ὅταν ἀμφὶ ἄνακτα κύνες δαιτῆθεν ἰόντα
σαίνωσ', αἰεὶ γάρ τε φέρει μειλίγματα θυμοῦ,

non a vero alienum videtur longe aliam vocem a Quinto scriptam fuisse, ut ἐλθόντ' vel τηλόθεν.

v. 137. pro κρατερῇσιν ὑπ' ἀγκοίνῃσι μιγεῖσα Τηλέφου lege Τηλέφῳ. De v. 143. sqq. cf. Adnot. ad 4, 195.

v. 209. ἐν δὲ Νεμειαίοιο βίη ἐτέτυκτο λέοντος
ὀβρίμου Ἡρακλῆος ἐπὶ στιβαρῇσι χέρεσσι
τειρομένον κρατερῶς.

Lege: ὑπὸ στιβαρῇσι χέρεσσι coll. v. 242. Praepositionem ὑπὸ dativo sic junctam aliis exemplis probabimus in adnot. ad 9, 80. sqq. v. 224. ἀμφιπερικτιόνων una voce conjunctim scribendum est. Contrarium vitium obtinet v. 276., ubi pro περιδμηθέντες legendum πέρι δμηθέντες.

v. 225. sq. καὶ τὴν μὲν χρυσοῖο κεράατος ὄβριμος ἥρως
ἀμφέχεν.

Pro χρυσοῖο legendum esse χρυσέοιο facile apparet. Verbnm ἀμφέχειν, saepius apnd Quintum Smyrnaeum obvium atque hinc jam a Riemero in Lexicon receptum, praecipue de ejusmodi animi affectibns in hoc poëta nsnrpatur, quales sunt metus, dolor etc. Sic 3, 6.

πάντας γὰρ ἀμείλιχον ἄμφεχε πένθος.

Sic γόος ἀμφέχει 14, 39. ὀϊζὺς ἀμφέχει 13, 479. δούλιον ἦμαρ ἀμφέχει 14, 28. φόβος ἀμφέχει 3, 25. δεῖμα ἀμφέχει 7, 250. 12, 466. 13, 190. δέος ἀμφέχει 9, 273. 12, 357. Atque sic ni fallor, reponendum 7, 584:

κάματος δ' ὑπεδάμνατο λαοὺς
ἄσπετος ἀμφοτέρωθε· λύοντο δὲ γυῖα καὶ ἀλκὴ
αἰζηῶν· ἀλλ' οὔτι μενεπτολέμου Ἀχιλῆος
ἄμφεχεν υἷεα δῖον, ἐπεὶ ῥά οἱ ὄβριμον ἦτορ
πάμπαν ἔην ἄτρυτον.

Durum est, ad ἄμφεχεν υἷεα δῖον e praecedentibus intelligere κάματος, propter interposita: λύοντο δὲ γυῖα καὶ ἀλκὴ Αἰζηῶν. Vix dubito, Quintum scripsisse ἄμφεχεν υἷεα δεῖος; nam sic statim, comparatione interjecta, v. 592. sq.

ὣς ἄρα Πηλείδαο δαΐφρονος υἷεος ἐσθλοῦ
οὔτε μόγος στονόεις, οὔτ' ἂρ δέος ἥψατο γούνων.

Atque δεῖος pro δέος in Epicis non semel occurrit; cf. Il. 10, 376. 15, 4. — Praeterea apud Quintum observavimus νέφος ἀμφέχει 8, 483. 10, 54., sed diversa utroque loco orationis structura; ἀχλὺς ἀμφέχει 13, 10. πῦρ ἀμφέχει 5, 106. 10, 460. αἰδὼς ἀμφέχει 12, 555. χάρις ἀμφέχει 3, 558. Nostro vero loco, unde sermo exortus est, corrupta videtur haec vox et legendum ἄντεχεν.

v. 227. exaratum erat in antiquis libris Στυμφελίδες; Dausquejum secutus Στυμφαλίδες Tychsenius dedit. Leve est, sed scribendum erat in epico poëta Στυμφηλίδες.

v. 345. πλήθει δ' αὖτε κύπελλα βοῶν γλάγος, ἠδὲ καὶ οἰῶν. Si γλάγος subjectum est hujus enuntiati, notandus erit transitivus usus verbi πλήθειν, cujus passivum πλήθεσθαι Noster quoque adhibuit 8, 53. 229. 14, 607. unde Buttmannus supplendus est in indice verbb. irreg. Fortasse autem γλαγὸς est genitivus.

v. 359. quid sit χάλκειος ἔρις, nescio. Versu autem seq. pro λάεσσιν ἀταρτηρῶς ἐμάχοντο scribendum videtur ἀταρτηροῖς.

v. 364. ἄλλος δ' ἄλλο χέρεσσι μάχης ἀλκτήριον εἶχε.

Ex hoc versu nova significatione τὸ ἀλκτήριον in lexicis augebitur, qua gaudet quoque 9, 121. 11, 423.

v. 443. sq. ἔσσυσθ' Ἀργεῖοι, μηδ' εἴκετε δυσμενέεσσιν
ἐσσυμένοις· νῶϊν γὰρ ἀάσπετον ἔσσετ' ὄνειδος.

Legebatur antea: μήδ' εἴκετε ἐσσυμένοισιν Δυσμενέεσσιν· νῶϊ γὰρ κ. τ. λ. Correctum est ex Rhodomanni facili sane con-

jectura; sed praestat (neque de sententia mea quicquam muto, quidquid Spitzner afferat Mant. p. 242.):

μήδ' εἴκετον ἐσσυμένοισιν
δυςμενέσιν· νῶϊν γάρ κ. τ. λ.

Decepit enim librarium rarior dualis usus pro plurali, satis ille jam a VV. DD. exemplis comprobatus; cf. Matth. Gr. Gr. §. 301. ann. Buttm. Gr. Gr. p. 49. et de Quinto Hermannus in Orph. p. 747. sq. Quintus praeterea solus est, quod scio, qui νῶϊν pro ἡμῖν dixit. cf. Adnot. ad 1, 369. sq.

v. 485. pro τεταγμένη repone τετυγμένη.

v. 529. πὰρ δέ σφιν ὀλέθριος ἵσταθ' ὅμιλος
βαλλόντων ἑκάτερθεν, ὅ τ' ἔσθενε χερσὶν ἑλέσθαι.

Rhodom. ὅτ' ἔσθενε. Lege vel ὅσον σθένε, ut v. 590:

Ἰδομενεὺς δ' ἄρα λᾶαν, ὅσον σθένε, χερσὶν ἀείρας,

vel, quod praefero, et magis etiam ad literarum ductus accedit: ὅ τις σθένε.

v. 538. ἀλλ' οὐδ' ὧς μένος εἶχον, ἐελδόμενοί περ, ἀλύξαι.

Vertit Rhodom.: *at neque sic evadendi, quamlibet cupientibus, erat facultas*, quod in Graecis verbis, ut nunc leguntur, non inest. Vide ne fuerit: ἀλλ' οὐδ' ὧς μόρον εἶχον, κ. τ. λ.

v. 585. πόδες δ' ἀέκοντες ἔμιμνον
αὐτοῦ, ὅπη μιν τύψε.

Fuisse videtur ἀέκοντος.

v. 598. δεξάμενος δ' ὅγε, λαὸν ἐπῴχετο, κάρτεϊ θόων,
κτείνων ὃν κε κίχησε.

Hoc loco ὅς κε cum indic. aor. soloecum est, neque quidquam proficias, rescripto conjunctivo, qui 9, 177. bene se habet:

ἄλλοθε δ' ἄλλον
δάμναται ὃν κε κίχησι,

nam in nostro loco conjunctivus non minus soloecus foret. Rhodom. habet ὃν κ' ἐκίχησε. Lege ὅν γ' ἐκίχησε. cf. 9, 195.

ἄλλους δ' ἔκτανεν αὖθις, ὅσους κίχε.

Eodem modo corruptus est 8, 366.

Lib. VII.

v. 79. ἄλλος δὲ πέλει βίος ἀνθρώποισι.

Lege ἀλαός, quod occupatum jam vides a Lobeckio (Phrynich. p. 632.)

v. 138. ἀλλ' ἄρα χεῖμα μένουσιν ὑπὸ σκέπας, ἠδὲ φάραγγας
ἀγρόμεναι θάμνοισιν ὑπὸ σκιεροῖσι νέμονται
ἰλαδόν.

Scribe: θάμνοισί θ' ὑπὸ κ. τ. λ.

v. 171. εὗρον δ' υἷ' Ἀχιλῆος ἑοῦ προπάροιθε δόμοιο
ἄλλοτε μὲν βελέεσσι καὶ ἐγχείῃσιν ἱέντα,
ἄλλοτε δ' αὖθ' ἵπποισι πονεύμενον ὠκυπόδεσσι.

Ἱέντα est a Rhodomanno. Libri offerunt ἐόντα. Correxit Rhodom., ni fallor, ad similitudinem Il. 2, 774.

δίσκοισιν τέρποντο καὶ αἰγανέῃσιν ἱέντες,

(cf. quoque Pind. Isthm. 1, 34. Wyttenb. ad Julian. Schaef. p. 161.) cujus loci alia tamen ratio est, cum ἱέντες absolute, ut vocant, positum sit, omisso αὐτά. Mihi quidem nondum liquet, an ἱέντα ita cum dativo construi possit; neque tamen quidquam melius occurrit, ni credas excidisse versum ad hunc modum:

εὗρον δ' υἷ' Ἀχιλῆος ἑοῦ προπάροιθε δόμοιο,
ἄλλοτε μὲν * * * * *
ἄλλοτε δ' ἐν βελέεσσι καὶ ἐγχείῃσιν ἐόντα.

εἶναι ἔν τινι, occupatum esse in aliqua re, versari in ea, notissimum est; cf. Heind. ad Platon. Phaed. c. 5. p. 10. Protag. c. 22. p. 491.

v. 196. οὐ γὰρ ἔοικε
θνητῶν τεύχεα κεῖνα.

Legendum θνητῶν τεύχεσι κεῖνα.

v. 234. γενεήν τε καὶ pro γενεὴν καὶ legendum. Post v. 299. unus aut alter versus excidisse videtur; οἷά τε πολλὰ enim sic stare nequit.

v. 338. sqq. φίλῳ δ' ἐγκάτθετο κόλπῳ,
εἴ τι ἐνὶ μεγάροισι τετυγμένον ἦεν ἄθυρμα,
ᾧ ἔπι, τυτθὸς ἐών, μεγάλας φρένας ἰαίνεσκεν·
ἀμφὶ δέ οἱ καὶ ἄκοντα λελειμμένον εἴ που ἴδοιτο,
ταρφέα μὲν φιλέεσκε, καὶ εἴ τι περ ἄλλο γοῶσα
ἔδρακε παιδὸς ἑοῖο δαΐφρονος.

In hoc loco recte constituendo levius est, quod v. 339. pro ἦεν legendum videtur εἶδεν vel εὗρεν coll. v. 341. ἴδοιτο et v. 343. ἔδρακε. Tum vero, quomodo Neoptolemo, τυτθῷ ἔτι ὄντι, et ἀθύρμασιν delectato, μεγάλαι φρένες adscribi possint, non sane video. Lego μεγάλα φρένας, ni forsan serviliter imitatus est

Hom. Il. 9, 184. ῥηΐδίως πεπιθεῖν *μεγάλας φρένας* Αἰακίδαο. Verum v. 341. illud ἀμφὶ δέ οἱ prorsus obscurum mihi est; totius loci complexum intuenti verisimile est, aliquod armorum genus, quibus exercitabatur puer Neoptolemus, ibi commemoratum fuisse. Forsan: *ἀσπίδα* δ᾽ ἢ καὶ ἄκοντα κ. τ. λ. Tandem v. 342 lege ταρφέα *μιν* φιλέεσκε.

v. 348. Neoptolemus, ab Ulysse et Diomede ex insula Scyro ascitus, matrem lamentantem reliquit;

ἀμφὶ δ᾽ ἄρ᾽ αὐτῷ
ἕσπεθ᾽ ὁμῶς Ὀδυσῆϊ δαΐφρονι Τυδέος υἱός·
λαοῦ δ᾽ εἴκοσι φῶτες, ἀρηράμενοι φρεσὶ θυμὸν,
τοὺς ἔχε κεδνοτάτους ἐνὶ δώμασι Δηϊδάμεια,
καί σφεας ᾧ πόρε παιδὶ θοοὺς ἔμεναι θεράποντας.

Quantum antiquitatem istam heroicam novi, populus sub regibus quidem erat, ita tamen ut omnis servitutis expers esset. Nusquam inveniuntur e populo, qui in domo regia serviant, vel ministeria obeant; famulos reges habuerunt servos aut venalitios aut vernas. Solane Deidamia λαοῦ φῶτας ἐν δώμασιν habuisset, quos filio comites et famulos addere potuisset? Non eo regum imperium tunc extendebatur. Sed debemus λαοῦ Rhodomanno; antea erat λαοί. Lege: *ἄλλοι* δ᾽ εἴκοσι φῶτες κ. τ. λ. Levius est, quod scripsi *ἕσπεθ᾽* ὁμῶς pro vitioso ἕσπετ᾽ ὁμῶς. De v. 371. cf. Adnot. ad II, 418.

v. 395. νηῦς δ᾽ ἔθεεν κατὰ πόντον, ἐπισπομένου ἀνέμοιο,
τυτθὸν ἐπιψαύουσα *πολυῤῥοθίοιο* θαλάσσης.

Sic ex Rhodomanni conjectura editum est, cum antea ἀμέτρως fuisset πολύῤῥοιο. Facillima tamen haec loci restitutio est, et maxime probabilis. Sic auctoritatem nanciscitur hoc adjectivum, cujus usum ex Arati Phaenom. v. 411. probari non posse credit Schneider, ubi Theo Mosquensis παλιῤῥοθίους ἀνθρώπους scribat.

v. 425. quod conjeceram: *ὑφ᾽* ἡμετέροισι pro ἐφ᾽ ἡμετέροισι jam in ipso contextu Rhodomanni exstare video, quod cur mutatum sit, nescio. v. 458. pro ἀλεγεινοὶ scribendum duco *ἀλεγεινόν*. — De v. 510 cf. Adnot. ad 2, 56. — vv. 535. 536. non tam intactos miror, quam quod nemo de vitio monuit; destituti enim sunt sensu et nexu, et prior etiam elumbes numeros habet. — v. 548. scribo *οὐδ᾽ ἔτι τοὶ* μεμάασιν; aliter Rhodomannus, aliter Herm. Orph. p. 806. — v. 551. Troes dici non

posse ἐελδομένους περ αὐτῆς, cuique statim liquebit, qui totum nexum carminis inde a v. 522. contemplatus fuerit. Fuit, ni fallor, ἐελδόμενοι περ ἀλύξαι plane ut 6, 538. — De v. 584. cf. Adnot. ad 6, 225. sq. — v. 588. pro καὶ ἦν μέγα μαίνετ' ἀήτης lege καὶ εἰ μέγα κ. τ. λ. — v. 650. pro ὅπως φήσασκεν ἰδὼν malim ὅ τις φήσασκεν ἰδών.

v. 715. ὡς δ' ὅτ' ἀνὰ δρυμὰ πυκνὰ, καὶ ἄγκεα ῥωπήεντα κ. τ. λ. Ῥωπήεντα pro ῥιπήεντα scriptum e certissima Rhodomanni conjectura, quam unus fortasse Riemer inter virorum doctorum somnia retulerit. Cum ῥίψ et ῥώψ ejusdem sint stirpis, etiam ῥιπήεις bene dictum videri potest.

v. 722. pro δμωαὶ δέ μιν ἀμφ' ἀγάσαντο scribendum esse junctis, quae male divulsa sunt, ἀμφαγάσαντο, nemo negabit, qui Quinti scribendi rationem perspexerit et recordatus fuerit, quantopere ille his compositis gaudeat.

Lib. VIII.

v. 8. τεῖχος μὲν χαμάδις βαλέειν, νῆάς τ' ἀμαθύνειν
ἐν πυρὶ λευγαλέῳ, λαοὺς δ' ὑπὸ χερσὶ δαΐξαι.

Concinnitas postulare videtur, ut legatur ἀμαθῦναι.

v. 73. ἀνδράσιν, οἵ τ' ἐρίθυμον ὑπὲρ Θέμιν ἔργα κάμωνται. Lege ἐρίθυμοι. Hominum enim hoc epitheton esse, sed dubiae significationis jam ex Orph. fragm. 31. p. 490. Herm. docuit Schneider in Lexico. Significatione haec vox et in bonam et in malam partem accepta convenit fere cum ὑπέρθυμος. Pauca quaedam ex Quinto Smyrnaeo exempla dedit Schmidtius. Adde 1, 756. 2, 468. 8, 233. 11, 448. 12, 318 etc.

v. 89. οἱ δ' ὑπόεικον, ἐοικότες αὐαλέοισι
θάμνοις.

Vocabulum ὑπόεικον sanum esse, vix credam. Nam Trojani non *recedentes* comparantur cum virgultis aridis, quae igne consumuntur, sed in terram *cadentes* (κατερειπόμενοι s. κατεριπόντες). Legerem ὑπέρειπον, si Quintum scirem ita hac voce usum esse. Alii ἐρείπειν et ἐριπεῖν eodem sensu dixerunt, ut Oracul. Sibyll. 4, v. 105.

Καρχηδὼν καὶ σεῖο χαμαὶ πᾶς πύργος ἐρείψει,

ut pro ἐρείσει legendum est.

v. 94. ἐν δ' ἀνέθλασσεν
ὀστέα σὺν πήληκι.

Praeposito ἀνὰ vix hic locum habet, videtur ἀπέθλασσεν fuisse.

v. 157. οἵ τε καὶ ἀτρύγετον πέλαγος διὰ ποσσὶ θέουσιν,
ἀκρονύχων ψαύοντες, ἶσον δ' ἀνέμοισι φέρονται.

Potuisset uti forma ἀκρονυχὶ, quae ex Meleagr. Epigr. 24. citatur. Sed ut haec jam merito in suspicionem incurrit, ita non minus ἀκρονύχων ob secundam syllabam correptam falsum est, cum legitima forma sit ἀκρώνυχος. Eleganter Heliodorus 5, 14. p. 192. de haedis salientibus: ἅλμασιν ἀκρωνύχοις τὴν πέτραν ἐπέξεον. Sed in Quinti loco aut omnia me fallunt aut emendandum est

ἄκρον ὕδωρ ψαύοντες κ. τ. λ.

quod nemo aspernabitur ob quartum casum verbo ψαύειν junctum; cf. Soph. Antig. v. 951. (961.) ψαύων τὸν θεόν. Pseudosoph. Clytaemn. v. 119. ὀσμὴν θερμοῖο ψαῦε λιβάνου. Phocylid. ποίημ. νουθετ. v. 167. Br. Phil. Carm. v. 30. p. 136. Wernsd. Quid, quod haec vox dativum etiam non refugit. Quint. Smyrn. 8, 349.

ἄνω δ' ἔψαυε νέφεσσι
θεσπεσίη τρυφάλεια.

Diocles apud Galen. de simplic. medicam. potest. lib. 2. T. 2. p. 9, 40. Ald. καὶ δὴ καὶ ταῖς ἀκαλήφαις καὶ ἄλλοις πολλοῖς ἡσυχῇ μὲν ψαύοντας οὐδὲν ἐνοχλεῖν. Galen. ibid. lib. 5. p. 31, B, 15. τῶν ψαυόντων αὐτῷ μορίων. Hinc quoque apud eundem lib. 3. p. 16, B, 37. ψαυόμενα. Simile est verbum ἐπιψαύω. Plerumque genitivum adjunctum habet; cf. Lucian. Dialog. D. M. 15, 3. T. I. p. 137. (qui locus simillimus est loco Quinti, de quo agitur): ἔρωτες δὲ παραπετόμενοι μικρὸν ὑπὲρ τὴν θάλατταν, ὡς ἐνίοτε ἄκροις τοῖς ποσὶν ἐπιψαύειν τοῦ ὕδατος. Quint. Smyrn. 14, 307. τύμβου ἐπιψαύων. Sed eadem vox apud Quintum et dativum adscivit 2, 457:

ἐπέψαυον δὲ λόφοισιν
ἀλλήλαις ἑκάτερθεν ἐρειδόμεναι τρυφάλειαι.

et accusativum 12, 551:

ἤδη ἐπιψαύοντες ὁμὴν ὁδὸν εἰδώλοισιν.

Atque, ni omnia me fallunt, in loco Theocriti 21, 4, quem jam Matthaei ad Clytaemn. l. c. laudavit, revocanda erit antiquior distinctio:

κἂν ὀλίγον νυκτός τις ἐπιψαύσῃσι τὸν ὕπνον,
αἰφνίδιον θορυβεῦσιν ἐφιστάμεναι μελεδῶναι.

quod sane lenius decurrit, quam ut nunc a Reiskio inde (cf. Not. in Theocr. p. 272.) oratio distinguitur:

κἂν ὀλίγον νυκτός τις ἐπιψαύσῃσι, τὸν ὕπνον
αἰφνίδιον κ. τ. λ.

Post v. 194. lacunam unius saltem versus esse credidit et Rhodomannus et Tychsenius (Prolegg. p. XCVI.), sed male. Nam

οἱ δ' ἀπ' Ὀλύμπου
οἱ μὲν γὰρ κύδαινον Ἀχιλλέος ὄβριμον υἷα,
οἱ δ' αὖτ' Εὐρύπυλον θεοειδέα,

bene se habet; cf. Brunck. ad Soph. Antig. v. 21. Matth. Gr. Gr. §. 319.

v. 234. ὧν ἄπλετον μετὰ χερσὶν ὑπέῤῥεεν αἷμα κελαινὸν
αὐτῶν ἠδ' ἵππων.

Unde αἷμα κελαινὸν sit, nescio, quoniam de textus Tychsenii auctoritate nihildum nobis constat. Ex codicibus tamen fluxisse videtur; nam, ni ita esset, lectio Rhodomanni αἷμα καὶ ἱδρὼς non spernenda fuisset. Sed quid μετὰ χερσὶν sibi velit, nescio. Tentavi olim μετὰ δῆριν.

De v. 303. cf. Adnot. ad 1, 759.

v. 321. pro ἀνεσκαίρεσκε legendum videtur ἀνασκαίρεσκε.

v. 331. ὡς δ' ὅτε τις μυίῃσι περὶ γλάγος ἑρχομένῃσι
χεῖρα περιῤῥήσσῃ κοῦρος νέος.

Vide, ne fuerit περὶ γλάγος ἀγρομένῃσι. Idem verbum fortasse quoque restituendum 11, 149:

εὖτε περὶ σταφυλῇς αὐαινομένης ἐν ὀπώρῃ
ἑρχομένας ἐρίδωσιν (μελίσσας).

Saepius haec duo verba confusa sunt; cf. Varr. lectt. ad Coluth. v. 312. Bekk. Sic quoque confusa ἐγρέσθαι et ἔρχεσθαι. Quint. Smyrn. 4, 521. pro χείματος ἐγρομένου lege ἐρχομένου; 13, 464. pro φλὸξ δ' ἄρ' ἐς ἠέρα δῖαν ἀνέγρετο lege ἀνέρχετο.

v. 358. οὐδὲ μὲν ἐσθλὴ
Παλλὰς ἐνὶ πεδίῳ Τρώων μένεν, ἀλλὰ καὶ αὐτὴ
ἷξεν Ἀθηναίων ἱερὸν πέδον.

Malim ἱερὸν ἕδος.

v. 365. pro μεγάλῳ scribendum videtur μεγάλου. — v. 366. legendum esse ὅν γε κίχησε, monui ad 6, 598.

V. 375. sqq. Argivi ἀμφὶ δὲ πύργους
μάρνασθαι μεμαῶτες ἐκυκλώσαντο πόληα·
οἱ δ' ἄρα (Trojani) ἦσι πύλῃσιν ἐπειρύσσαντες ὀχῆας
ἐν τεύχεσσιν ἔμιμνον ἐπεσσυμένων μένος ἀνδρῶν.

Legendum esse *ἐν τείχεσσιν* et res ipsa docet, et confirmat mox Quintus v. 385.

ὥς οἵγ' ἐν τείχεσσι μένον τρομέοντες ὁμοκλὴν δυςμενέων.

Sed in ipsa comparatione, quae interjecta est, v. 379. sqq.

ὡς δ' ὅτε μηλοβοτῆρες ἐνὶ σταθμοῖσι μένωσι
λαίλαπα κυανέην, ὅτε χείματος ἦμαρ ἵκηται
λάβρον ὁμοῦ στεροπῇσι καὶ ὕδατι καὶ νεφέεσσι
ταρφέσιν,

nubes hae densae post fulgura et imbres haud sane placent; placeret, si ex nubibus emissa fulgura diceret. Sed mihi quidem vix dubitandum videtur, scripsisse poëtam: *νιφάδεσσι ταρφέσιν.* Nivem tempore hiberno una cum imbre et fulguribus ingruentem novit jam Homerus Il. 10, 5 sqq. Ipsae *νιφάδες* eidem *ταρφειαί* dicuntur, Il. 12, 158. 19, 357. Jam sive fuerit *ταρφης* quoque, quod lexica habent, nescio unde (etiam Steph. Thes. Ind. P. 2. p. 103, F. sine auctoritate), sive aliorum exemplorum analogiam secutus sit poëta, *ταρφέες νιφάδες* dixit, ut hic, sic 9, 72.

νιφάδεσσιν ἐοικότες, αἵ τε πέρονται
ταρφέες ἐκ νεφέων.

Ad hanc aliorum exemplorum analogiam confirmandam praeter notissima illa exempla *ἡδὺς ἀϋτμή* Od. 12, 369. et alia, quae laudat Matth. Gr. Gr. §. 119 b ann. 4., affero *τραχέσιν ἀκταῖς* Oracc. Sibyll. 1, 322. *τρηχέες ὄχθαι* Ibid. 3, 776. Insignis est inconstantia in Hippocrate. In Coac. Praenot. T. I. p. 543. Lind. legitur *αἱ ἐπ' ὀλίγον θρασέες παρακρούσιες*, quod etiam Foesius habet. Sed in eodem libro p. 534. in iisdem verbis *θρασεῖαι* habet Lindenius; verum, cum Foesius etiam hic praebeat *θρασέες*, correctum a Lindenio videtur. At in Prorrhet. Lib. I. p. 473. edita Hippocratis exemplaria una cum Galeni editionibus Ald. et Basil. *θρασεῖαι* exhibent. Sed tres codd. apud Foes. *αἱ ἐπ' ὀλίγον θράσος παρακρούσιες*, quod facile e *θρασέες* exstitit. Adjectivum enim utique requiri, monstrat vel mutata oratio in Prorrhet. lib. 1, p. 482. *τὰ ἐπ' ὀλίγον θρασέως παρακρούοντα.*

v. 408. *γυῖα δέ οἱ λίπε θυμός· ἐπέβραχε δ' ἔντεα νεκροῦ.* Praestat *νεκρῷ.* — v. 430. pro *οὐρανοῦ ἐκκατιδών* lege aut *οὐρανοῦ ἐκ κατιδών*, aut quod praefero, *οὐρανόθεν κατιδών.*

v. 438. *σοὶ δὲ καὶ εἰ μέμονε κραδίη τάδε μηχανάασθαι.*
Hunc et sequentem versum, vulgo deficientes, bona fortuna e codicibus restituit Tychsenius. Sed scribendum erat:
σοὶ δὲ καὶ εἰ μέμονεν κραδίη τάδε μηχανάασθαι.

Lib. IX.

v. 80. sqq. *καὶ τότ' ἄρ' ἠὲ θεῶν τις ὑπὸ φρένας ἔμβαλε θάρσος*
Δηϊφόβῳ, καὶ θῆκε μάλ' ἄτρομον, ἠὲ καὶ αὐτὸν
θυμὸς ἐποτρύνεσκε ποτὶ κλόνον, ὄφρ' ἀπὸ πάτρης
δυςμενέων ἀλεγεινὸν ὑπ' ἔγχεϊ λαὸν ὀλέσσῃ.

Rhodom.: „vel etiam ipsum animus incitavit ad pugnam, ut a patria (repulsus) saevas hostium copias hasta neci daret." Quod uncis inclusit verbum *repulsus*, interpretationi latinae propterea addidisse videtur Rhodomannus, ut sensus sibi constaret: sed aut male scriptum aut male excusum est *repulsus* pro *repulsas*. Verum verba ita intelligere vetat linguae graecae indoles. Dicat forsan aliquis, *ἀπὸ πάτρης* h. l. nihil aliud significare, quam *τηλόθι πάτρης*, ut fere conveniant cum Homericis, Il. 16, 460.
τόν οἱ Πάτροκλος ἔμελλε
φθίσειν ἐν Τροίῃ ἐριβώλακι, τηλόθι πάτρης.
Idem adhibeat huic significationi adstruendae ejusmodi locos, Il. 2, 162. 178.
ἧς εἵνεκα πολλοὶ Ἀχαιῶν
ἐν Τροίῃ ἀπόλοντο, φίλης ἀπὸ πατρίδος αἴης.
Verum aut multum fallor, aut *ἀπὸ πάτρης* pro *τηλόθι πάτρης* tum demum dici potest, ubi ad subjectum enunciationis refertur, ut in locis ex Iliade citatis; nequaquam vero dicas *τοῦτον ἐγὼ ἔκτεινα ἀπὸ πάτρης*. His omnibus permotus in Quinti loco legendum suadeo:
ὄφρ' ἀπὸ πάτρης
δυςμενέων ἀλεγεινὸν ὑπ' ἔγχεϊ λαὸν ἐλάσσῃ.
Dictum vero est *ὑπ' ἔγχεϊ ἐλάσσῃ*, quemadmodum 10, 107. *τὸν δ' ὑπ' ἄκοντι Τύψε κατὰ στομάχοιο Μέγης.* et 11, 389. *ὑπ' ἀμφιτόμοις πελέκεσσι ῥῆξαι τείχεα.* Adde 1, 110. 2, 296. 375. 455. 6, 209. 242. Apoll. Rhod. II, 26. 117. 139.

v. 114. *ἔνθ' ἄρα τῷ μὲν ἄκοιτις ὑποτρομέουσα κυδοιμὸν*
ἔντε' ἀποιχομένῳ παρανήεε δακρυχέουσα.

Rhodomannus scripsit *παρανήνεε*, quemadmodum omnes 4,

135. παρενήνεον habent. Si Tychsenius e codicibus protulit, probo. Verbo περινηέω utitur Noster 3, 678. 7, 163. et 5, 619. ex optima Rhodomanni conjectura. Conferantur praeterea Wesseling. ad Herod. 1, 50, Gesnerus et Hermannus ad Orph. v. 957. Verum, quoniam semel hujus verbi mentionem injecimus, addere placet, formam νήθω non recte a lexicographis nostris ad solum νέω, nato, referri; pertinere eam quoque ad nostrum νέω, νηέω, νηνέω, monstrat νενησμένος, ut in Lucian. de mort. Peregr. c. 35. T. 2. p. 494. καταλαμβάνομεν πυρὰν νενησμένην ἐν βάθει (adde Aelian. V. H. 6, 12), quod tamen Riemerum s. v. νάσσω non fugit.

v. 132. ἀμφὶ δ' ἄρα σφι
τεύχε' ἐπεσμαράγησε· μίη δ' ἑκάτερθεν αὐτὴ
λευγαλέη.

Pro μίη dudum scripseram μίγη, certissima, ni fallor, correctione. Quod me moverat, ut vulgatam stare non posse crederem, fuit, quod persuasum mihi habebam, veteres Epicos Graecos in narratione etiam vivaciori verbum substantivum nunquam omittere, cum sermo eorum aequabilitatem quandam servet, a qua longe afuerunt latini poëtae. Quae contrarii afferri possent exempla, ea putabam vel alio modo se habere, ut Il. 24, 162, vel leni correctione egere ut Quint. Smyrn. 11, 379., ubi pro καναχὴ δ' ὑπὸ legas facile καναχή θ' ὑπό. Hoc itaque solo argumento ductus vulgatam mutandam duxeram, quam mutationem Lobeckio et Lachmanno probavi. Verum, ut est animi humani natura, non ad omnia semper attendentis, firmissimi notissimique argumenti, quo vulgata subvertitur, non in mentem mihi venerat, quod postea Lachmannus me monuit; μίη enim nunquam Epicis pro μία ultima producta dicitur; cf. Spitzner de vers. Graecc. heroico p. 30. Schaef. ad Theogn. 66.

v. 259. ὁ δ' ἐς κενεὴν δόρυ τύψας
ἠέρα Πηλείδαο πάϊς, τοῖον φάτο μῦθον.

Mirum, neminem reposuisse δορὶ, quod solum epicus sermo ferre potest; cf. 11, 56. ἐς δορὶ τύψας Ἀλγινόεντα τένοντα. et Adnot. ad 1, 256.

v. 383. ὡς τοῦ ὑπίχνιον ἕλκος ἀέξετο πυθομένοιο
ἰοῦ ἀπὸ στυγεροῦ τόν οἱ ἐνομόρξατ' ὀδοῦσι
λυγρὸς ὕδρος.

Ὑπίχνιον ἕκος per se bene dictum videri potest; verum quo

refertur *πυθομένοιο?* Philoctetes ipse minime *πυθόμενος* dici potest. Lege: *ὑπ' ἰχνίου.*

Lib. X.

v. 192. sqq., ubi pharetra Philoctetis a nostro poëta describitur, vix mihi persuadere possum, sincera esse, quae leguntur:

ἐν δὲ βίη Φαέθοντος, ἀνὰ ῥόον Ἠριδανοῖο
βλήμενος ἐκ δίφροιο· καταιθομένης δ' ἄρα γαίης,
ὡς ἐτεὸν καύσαιτο, μέγας ἐνὶ ἠέρι καπνός.

Non solum me movet *καύσαιτο* passiva significatione positum, quamquam seriores hic illic aliquid sibi indulsisse in permutatione medii et passivi non ignoro; sed optativus nullo modo se tueri potest; Verbum itaque aliud reponendum est, quod cum *καπνὸς* conjungi queat. Praeterea quis ferat *μέγαν καπνόν?* Satis lepide poëta, terra ardente, *magnum* fumum ortum esse diceret; in ejusmodi imagine, si quid sensus poetici in me est, rei ipsius gravitas non infringi debet epitheto, quod ad gravitatem istam non attingit. His omnibus permotus sic fere legendum conjicio:

καταιθομένης δ' ἄρα γαίης,
ὡς ἐτεὸν, κεκέδαστο μέλας ἐνὶ ἠέρι καπνός.

Neque quisquam formam *κεκέδαστο* minus epicam dixerit; sic ipse Noster in eadem hexametri sede, 11, 472:

δὴ γάρ οἱ λασίοιο καρήατος ἄλλυδις ἄλλῃ
ἐγκέφαλος κεκέδαστο.

Sed etsi satis probabilis haec conjectura videtur, praestare tamen eam nolim; nam non minori veri specie possis quoque reponere *κεκύλιστο.* Verum *μέλας* reponendum esse (repositum quoque ab Hermanno in Orph. p. 715.) extra omnem dubitationem positum videtur; praecipue quoque propterea, quod *μέγας* semper correpta ultima syllaba (cf. Dracon. Stratonic. de metris poet. p. 61, 22. 64, 1.) ne in arsi quidem versus heroici hanc producere videatur.

Lib. XI.

v. 6. *οὕνεκ' Ἀχαιοὶ*
Τρωσὶν ἐπεσσεύοντο ποτὶ πτόλιν, ἡ δὲ καὶ αὐτοὶ
τείχεος ἤϊον ἐκτός κ. τ. λ.

Patet legendum esse οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ sc. Trojani.

v. 23. ὅν ποτ' ἐριγδούποιο Διὸς δάμαρ ἀνθρώποισι
Λητὼ δὴ ἀνέφηνεν.

Vix dubitabis, reponi debere, Λητὼ δί' ἀνέφηνεν.

v. 93. ὅς ῥά τε Κωρυκίην ὑπὸ δειράδα ναιετάασκεν,
πέτρην θ' Ἡφαίστοιο περίφρονος, ἥ τε βροτοῖσι
θαῦμα πέλει· δὴ γάρ μιν ἐναίθεται ἀκάματον πῦρ,
ἄσβεστον νυκτός τε καὶ ἤματος.

Ipse orationis nexus eo ducere videtur, ut pro περίφρονος, cui epitheto nulla hic vis est, reponamus πυρίφλογον, de qua voce conferatur recentissima Lexici Schneid. editio, et suo loco et in Addendis.

v. 102. 103. καί ῥα νόῳ καὶ χερσὶ καὶ ὄμμασιν ἰθύνεσκεν
ἰὸν ἀπὸ γναμπτοῖο κεράατος· ὃς δ' ἀλεγεινὸς
ἆλτο θοῆς ἀπὸ χειρὸς ἐς ἀνέρα· τῷ δ' ἀπὸ νευρῇ
εἰσέτι που κανάχιζεν.

Lege ἀλεγεινὸν et τῷ δ' ἐπί. Rhodomannus malnerat τοῦ δ' ἀπό. — v. 120. verba περὶ πληγῇσι non intelligo; neque tamen, qua ratione affectum locum restituam, mihi succurrit.

v. 125. ὡς δ' ὅτ' ἐπιβρίσαντος ἀπειρεσίου ἀνέμοιο
λαβρὸν, ὑπαὶ ῥιπῆς βαρυηχέος ἄλλυδις ἄλλα
δένδρεα μακρὰ πέσησιν, ὑπ' ἐκ ῥιζῶν ἐριπόντα,
ἄλσεος εὐπεδίοιο, βρέμει δέ τε πᾶσα περὶ χθών.

Vox εὐπέδιος, ut per se nihil habet, a quo sermo Graecus abhorreat, ita tamen omni consanguinitate caret, excepto unico ὀροπέδιον, quod tamen alius est generis. Epici vero posteriores, si quando talia novaverunt, similitudinem quandam cum aliis vocibus captaverunt, ut statim perito et in veteribus poetis versato lectori appareret, quidnam novator in animo habnisset. Sed nihil ejusmodi in hac voce apparet. Per se quidem analogiae non repugnat; verum ἄλσος εὐπέδιον cur dixerit poëta, quonam hoc retulerit, cum quonam veterum Epicorum voce sic aemulatus quasi fuerit, vix dixeris. Atque per se quoque, quidnam hoc epitheton sibi velit, non intelligo. *In fertili luco* habet interpretatio Rhodomanni. εὐπέδιος non est fertilis, sed vel *bene in plano situs*, vel *planus*. Sed hoc epitheton ne ornantis quidem nomine is insigniet, qui horum epithetorum, quae ornantia vocantur, naturam perspectam habet. Salva res est in eo, quod soli Rhodomanno ex conjectura hanc vocem acceptam

referimus. Vulgata erat: *ἄλσιος* (sic) *ἐκ πεδίοιο*. Verum ad sanandum hoc vulnus peritioris me medici manus requiritur, ni fuit *ἄλσεος εὐρυπέδοιο* nt *χθονὸς εὐρυπέδοιο* 2, 198. De v. 149. cf. Adnot. ad 8, 331.

v. 157. κατηρείποντο δὲ λαοὶ
αὔτως, ἠΰτ' ἄμαλλα θέρευς δυςθαλπέος ὥρῃ,
ἥν ῥά τ' ἐπισπέρχωσι θοοὶ χέρας ἀμητῆρες.

ἥν ῥα est a Rhodomanno; fuit antea *ὅν ῥα*. Reponendum duco *ἣ ν* sive *ἄ ν*, ut jungatur *ἐπισπέρχωσι χέρας*.

v. 173. οἱ δ' ὁρόωντες
ἐσσυμένως τρομέουσι

lege *ἐσσυμένους* sc. *κύνας*.

v. 184. ἔνθα τις Ἀργείων, ἢ κάρτεϊ πάγχυ πεποιθὼς,
ἢ Μοίρης ἰότητι, λιλαιομένης μιν ὀλέσσαι,
φεύγοντ' ἐκ πολέμοιο δυσηχέος ἵππον ἔρυκε etc.

aut vehementer fallor, aut pro *τις Ἀργείων* reponendum est nomen aliquod proprium viri; nam non ignobilis iste de plebe est (*ἄναξ* vocatur v. 200.), neque in universum in pugnarum descriptionibus veteres Epici quemquam sive fortiter pugnasse sive caesum esse narrant, nisi semper addito nomine viri. — v. 251. pro *ὅντιν' ἕλοντο* lege *ὅντιν' ἕλοιντο*.

v. 272. sqq. Αἶσα γὰρ ἄλλα πολύστονος ὡρμαίνεσκεν·
ἄζετο δ' οὔτε Ζῆνα πελώριον, οὔτε τιν' ἄλλων
ἀθανάτων· οὐ γάρ τι μετατρέπεται νόος αἰνὸς
κείνης, ὅντινα πρῶτον ἐπ' ἀνδράσι γεινομένοισιν,
ἀνδράσιν ἢ πολίεσσιν, ἐπικλώσηται ἀφύκτῳ
νήματι· τῇ δ' ὕπο πάντα τὰ μὲν φθινύθει, τὰ δ' ἀέξει.

Locum hunc corruptum esse, facile demonstrabo. Medicinam ulceris a melioribus codicibus exspecto. Ex Homero totum locum petitum esse patet. cf. Iliad. 120, 27. 128.

ὕστερον αὖτε τὰ πείσεται, ἅσσα οἱ Αἶσα
γεινομένῳ ἐπένησε λίνῳ.

Cum verbis Quinti mirum quantum convenit Lucian. Jov. confut. c. 1. T. 2. pag. 96. 97. Interrogat Cyniscus Jovem: *εἰπὲ οὖν μοι, εἰ ἀληθῆ ἐστιν, ἃ περὶ τῆς Εἱμαρμένης καὶ τῶν Μοιρῶν ἐκεῖνοι ἐῤῥαψῳδήκασιν, ἄφυκτα εἶναι, ὁπόσα ἂν αὗται ἐπινήσωσι γεινομένῳ ἑκάστῳ*. Respondet Jupiter inter alia: *πάντα, ὁπόσα γίγνεται, ὑπὸ τῷ τούτων ἀτράκτῳ στρεφόμενα εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς*

ἕκαστον ἐπικεκλωσμένην ἔχει τὴν ἀπόβασιν. Sed nihil hinc proficimus ad locum Quinti restituendum. Quae nunc leguntur, ea partim ex conjectura Rhodomanni ita scripta sunt; antea legebatur tum adversus metrum, tum ut sententiam non perspiceres:

ὅντινα πρῶτον μετ' ἀνδράσι γεινομένοισιν
ἀνδράσιν ἐν πολίεσσιν etc.

ad quem locum haec est Rhodomanni nota: „hic non leve mendum est, ex librarii oscitantia ortum. Nescio autem, utrum *ὑπ' ἀστράσι* an vero *αὐγας* legendum sit. In proximo huic versu legendum videtur *ἀνδράσιν ἢ πολίεσσιν.*" Unde *ἐπ' ἀνδράσι* venerit, nescio. Sed ut taceam, quam parum verisimile sit, *ἐπ'* contra metrum a librariis in *μετ'* mutatum esse, tamen repetitum illud *ἀνδράσιν* tum tantum placere possit, si ex *ἐν πολίεσσιν* eruas epitheton hominum, quod iis in hoc sententiae nexu conveniat, quodque eos imperio *Αἴσης* nullo modo resistere posse indicet. Nam cogitasse Quintum de *fatis urbium*, quod somniavit Dansqueius, pag. 223, nemo, qui Quinti orationem perspectam habet, sibi persuaderi patietur. Neque respici meretur altera huius viri conjectura, *ἀνδράσιν ἢ ἀπεοῦσιν*, quod nemo intelligeret, nisi ipse adjecisset „siquidem fata dantur nascentibus et perficiuntur morientibus." Sed, ut ad ipsa Quinti verba redeamus, gravissimum vulnus nullus editorum animadvertisse videtur, quod in eo inest, quod *ὅντινα*, ad *νόον* relatum, sententiam totius loci turbat; nam quis unquam dixerit, *Αἶσα ἐπεκλώσατο νόον ἀνθρώποις.* Apertum esse videtur, deesse substantivum, quale est *πότμον*, quod ad *ὅντινα* referendum sit. Sed pergamus.

v. 284. *δὴ τότ' ἐπ' Ἀργείοισιν ὑπέρτερον ὤρνυτο θάρσος* conjeceram *ἐν Ἀργείοισιν.* Mox cum vidissem, editionem veterem praepositionem prorsus ignorare, optimum videbatur, duabus literis bis scriptis locum restituere sic: *δὴ τότ' ἄρ' Ἀργείοισιν* etc. — Statim v. 286. pro *μετ' Ἀργείοισιν ἄμυνεν* lege *μέγ' Ἀργείοισιν ἄμυνεν* ex perpetuo Quinti usu. — v. 308. Cur pro *αἰγιαλοῖσιν* malim *ἀλλήλοισιν*, longum est hoc loco exponere, et attentius totam comparationem perlegenti facile se probabit. — De v. 361. cf. Adnot. ad 1, 490., de v. 365. Adnot. ad 3, 184. — v. 367. legi *ἀρηράμενοι* sententia flagitat; cf. v. 376. *συναρηράμενοι δ' ἐφέποντο.* — v. 379. quis

sit *δρόμος*, non video. Forsan aut *θρόος*, aut, quod Lobeckio meo placet, *βρόμος*, restituas. — v. 383. pro *ὑπὸ σμήνεσσι* rectius videtur *ἐπὶ σμήνεσσι*.

v. 404. *ἀμφὶ δὲ μηλονόμοι τε καὶ ἄλλ' ὅσα πάντα φέβονται.* Vix hoc Graecum dixeris. Tentavi *καὶ ἄλσεα πάντα.*

Lib. XII.

v. 145. Epeus in equo Trojano ut omnia affabre facit, ita:

οὔατα δ', ὀφθαλμούς τε διειδέας, ἄλλα τε πάντα,
οἷς ἐπικίνυται ἵππος.

Etiam Rhodomannus: „et cetera cnncta, quibus equus movetur." Sed non video, quid hoc significare possit. Num capitis aurium etc. ope equus movetur? Lego *οἷς ἐπικαίνυται ἵππος* i. e. *ἐπικέκασται.*

Lib. XIII.

v. 145. *οὐδὲ μὲν Ἀργείοισιν ἀνούτητος πέλε δῆρις.*

Ἀνούτητος est ex Rhodomanni conjectura. Adverbium *ἀνουτητὶ* Graecis notnm est, ut Quint. Smyrn. 3, 445. Atque longa vocalis etiam in ipso verbo nonnnnquam reperitur; *οὐτήσω* Nonn. 446, 30. 556, 30. *οὐτήθην* 432, 7. *οὔτησα* 662, 11. 21. Sed cnm vetus lectio hoc loco sit *ἀνούτατος*, quo adjectivo Noster jam usus erat 3, 175., praeferri forsan meretur altera Rhodomanni conjectura: *ἀνούτατος ἔπλετο δῆρις.*

v. 278. *καὶ γάρ μεν πατέρ' ἐσθλὸν ἐνήρατο Πηλέος υἱὸς*
Θήβῃ ἔνι ζαθέῃ, Τροίῃ δ' ἐνὶ φαίδιμον ἄνδρα,
ὅς μοι ἔην μάλα πολλὰ, τά τ' ἔλδετο θυμὸς ἐμεῖο·
καί μοι κάλλιπε τυτθὸν ἐν ἡμετέροις ἔτι παῖδα,
ᾧ ἔπι κυδιάασκον ἀπείριτον.

Lege vero:

καί μοι κάλλιπε τυτθὸν ἐνὶ μεγάροις ἔτι παῖδα.

Haec enim productio legitima est in Quinto, neglecta illa quidem ab Hermanno, sed a Spitznero jam de vers. Graecc. her. p. 45. ut Homerica indicata et confirmata Quinti quoque loco 10, 438. Quibus addere poteris 2, 73. 164. 13, 357. 14, 323.

v. 323. *ἐκρέματ' ἐμπεφυῶς ἀπαλὸς πάϊς.*

Patet exarandum esse *ἐμπεφυὼς*, ut locum jam citavit Spitzner Mant. p. 267., bene *ἀταλὸς* pro *ἀπαλὸς* corrigens. — De v. 464 cf. Adnot. ad 8, 331.

Lib. XIV.

V. 16. pro *γλάγος περιμαιμώωντας* praestat divisim scribere *γλάγος πέρι μαιμώωντας*. — v. 64. pro *φανείη* lege *φανείη*. v. 100. ὅς περὶ πάντων

ἀθανάτων *γένος* ἐστί,

fuisse videtur *μένος ἐστί*. — v. 124. *εὐνομίης* pro *εὐομίης*, quod Rhodomannus habet, vix recte emendatum videtur. Nihil tamen, quod placeat, se mihi obtulit.

v. 172. καί σφιν ἄρ' ἀμφοῖν·

δάκρυ κατὰ *βλεφάρων ἠλείβετο* ἡδὺ γοώντων.

Evertas monstrum, scribendo *ἐλλείβετο*, ut Homericum ἔλλαβεν. Sed vide, ne poëta dederit κατὰ *βλεφάροιϊν ἐλείβετο*, quo restituto consuetam Quinto caesuram lucramur. — v. 198. *ἀπηέξηνθ'* bene e Rhodomanni conjectura editum est pro vitioso ἀπηέξηθ'. — Ante v. 215. unus versus excidisse videtur. — v. 230. pro *ἀπ'* ἐκ λεχέων ἀνόρουσαν fuit, ni fallor, *ἀν'* ἐκ λεχέων ἀνόρουσαν.

v. 258. τὴν δ' ἄγον, ἠΰτε πόρτιν ἐς *ἀθανάτοιο* θυηλάς.

Rhodomanni haec est emendatio; legebatur sine sensu et metro ἐς *θανατὸν* θυηλάς. Sed locum non sanatum existimo; nam ἀθάνατος sic nude epicus sermo non recepit, vix tota Graecia. Quid fuerit, nescio. — v. 265. pro *περιτρύζωσι* legendum est *περιτρίζωσι*. Sed supra v. 36. bene se habet *περιτρύζουσιν*. — v. 269. στοναχῇσι pro στεναχῇσι occupatum jam video a Spitznero Mant. p. 236.

v. 281. τοῦ πέρι δειμαίνουσα καὶ ὀσσομένη μέγα πῆμα,

οἰκτρὸν *ἀνωλύζεσκε* γόῳ δ' ἐπὶ μακρὸν ἄϋτει.

Tetigit hunc locum jam Spitzner Mant. p. 267. sq., qui aut ἀνολύζω lexicis hinc inserendum, aut vel ἀνῳμώζεσκε, vel ἀνιΰζεσκε, vel denique ἀνατρίζεσκε corrigendum pronunciat. Sed ἀνὀλύζω nulla ratione se tueri poterit, cum nusquam ὀλύζω, ὀλυγὴ, non magis quam ἀλάζω et hinc derivata Graecis in usu fuerint. Varia possunt substitui. Sed vide, ne tandem optimum fuerit, separatis, quae male coaluerunt, scribere:

οἰκτρὸν ἄνω *λύζεσκε* κ. τ. λ.

v. 299. ἡμετέρῳ ἐνὶ *μαίνεται* αἵματι θυμόν.

Lege *ἐπιμαίνεται*. — v. 392. pro παρειῇσιν δ' ἐπὶ δάκρυ Ἀιαλέον *περίκειτο* malim *περιχεῖτο*. — v. 461. pro σὺν δ'

ἔχεεν νεφέλας τε καὶ οὔρεα annotaveram ἠέρα. Occupavit, ut video, Rhodomannus.

v. 568. δὴ γάρ τοι νεμέσησεν κ. τ. λ.

Bene jam Rhodomannus τοὶ in οἷ mutavit, male idem δὴν substituens; cf.

8, 354. δὴ γάρ οἷ μεγάλοιο Διὸς διεφαίνετο θυμὸς,

ubi Rhodomannus idem δὴν nobis obtrudere voluit;

9, 25. δὴ γάρ οἷ κατένευσεν,

quod ille intactum reliquit;

11, 471. δὴ γάρ οἷ λασίοιο καρήατος ἄλλυδις ἄλλη
ἐγκέφαλος κεκέδαστο.

Neque absimile est δὴ γάρ μιν, quod legitur 9, 188. 360. 11, 94.

v. 610. μέσον illud κῦμα non intelligo.

---

3. ORACULA SIBYLLINA APUD LACTANTIUM OBVIA.

a) in libris Divinarum Institutionum.

Maximam admirationem movet insignis illa discrepantia, 1
quae intercedit inter versus Sibyllinos, in collectione horum oraculorum servatos, et eos, quos Lactantius non uno in loco operum suorum affert. Huc accedit, quod Lactantii Graeca saepissime ne Graeca quidem sint, praetereaque longe plurima in metrum turpissime peccent. Auxit tandem admirationem, quod Bunemannus, tot codicibus editionibusque instructus, in Graecis prorsus nullius varietatis meminit, quasi haec in omnibus exemplaribus eodem modo legerentur. Neque in praefatione, ubi de codd. mscrr. et edd. agit, unquam memorat, Graeca in hac vel illa editione accuratius edi coepta esse. Tantum ex titulo editionis Venet. 1509. haec affert: „*Lactantii Firmiani opera, nuper per Janum Parrhasium accuratissime castigata, graeco integro adjuncto, quod in aliis cum mancum tum corruptum invenitur, in hoc vero emendatissimum reperies.*“ Quid, quod eo socordiae Bunemannus processit, ut ne moneret quidem lectorem, ubi Sibyllina quae citat Lactantius in Sylloga Sibyllinorum carminum legerentur; quod non minus in reliquis Graecis neglexit. Verum in Graecis quoque insignem esse in codicibus Lactantii varietatem, et per se exspectari

poterat, et vero ex Opsopaei notis ad Sibyllina didiceram, unde
2 patuit, longe plurimis Sibyllinorum locis a Lactantio servatis, codicem Puteani praesentissimam sane medicinam afferre. Sed eam ita editores non respexerunt, ut ne ii quidem, qui Sibyllae carmina contulerunt cum textu Lactantiano, Opsopaei notas unqnam inspexerint. Jam, cum nuper aliam ob causam Sibyllina legerem, cumqne in Gallaei editione plurima foede corrupta reperirem, circumspiccre coepi subsidia, si quid ad textum emendandum inde lucri facere possem. Atque subministravit mihi bibliotheca regia tum Sibyllinorum oraculorum editiones tres (primam rarissimam Xysti Betuleji Basil. 1545, secundam in Orthodoxogr. Basil. 1569, tertiam Opsopaei Paris. 1607), tum vero Lactantii quatuor (Venetam anni 1494, Bunemanno prorsus ignotam *), praeterea Venet. 1509, Paris. 1513 et Oxon. 1684). Verum mnlto exoptatius erat, quod ex bibliotheca urbica nactus sum egregium codicem Lactantii, qui Puteani codice non deterior est. Sed de hoc codice, qnem nondum innotuisse viris doctis puto, paulo diligentius agendum esse video.

Codex est membranaceus, formae olim maximac, sed a bibliopego margo superior et inferior magna sui parte imminutus, ut fere non longior quam largior sit. Quaevis pagina in duas colnmnas divisa est. Constat foliis 172. Scriptus est literis Latinis minusculis sed grandioribus, facilibus lectu. Pauca
3 insunt compendia scripturae. Continct libros institutionum, de ira, et de opificio Dci. Deest initium institutionnm, usque ad Cap. 1. §. 11. Buncm., tum 17. §. 4. a vcrbis *opere confitetur* usque ad 18. §. 8. *quam exercitus ducere*, tum 22. §. 24. a verbis *(liben)ter obsequebantur* usque ad lib. 2. cap. 1. §. 7., tum lib. 3. cap. 15. §. 2. a vcrbis *bene vivendi* nsque ad lib. 4. cap. 4. §. 11. *patrem vel oderit*, tum a lib. 7. c. 24. §. 35. a verbis *a finibus terrae* usque ad finem institntionum. Tandem dcest finis libri *de opificio Dei* inde a cap. 19. §. 4. Praeterea

---

*) Titulus habet: *Lactantii Firmiani de divinis institutionibus libri VII. Ejusdem de ira Dei ad Donatum. De opificio Dei et formatione hominis ad Demetrianum. Carmina ejusdem de foenice et de die resurrectionis dominicae. Nephitomon ejusdem. Item Tertulliani Apolegeticus* (sic) *adversus gentes, perquam diligentissime castigati ac nuper impressi.* In calce vero legitur: *Impressum Venetiis cura et expensis Nobilis viri Dominici Octauiani Scoti Modoetiensis MCCCCLXXXXIV. Quinto Idus Octobris. Per Bonetum Locatellam.*

margo superior per totum codicem et postrema decem folia fere integra aqua olim madefacta fuerant, ut multae lineae evanidae fere nullo modo, ne ab oculatissimo quidem, qualem me esse gaudeo, legi possint. De aetate codicis nihil definire audeo; praestantiam vero ejus usu expertus sum. Atque ad Latinum quidem textum quod attinet, continet ille multas egregias lectiones, partim alinnde jam notas partim vero prorsum novas. Sed has in praesentia omittemus. Graeca vero in libris prioribus adjunctam habent interpretationem Latinam, maxime diversam ab interpretatione aliorum codicum, quam passim in notis laudarunt editores. In libro 7. vero *Institutionum* sola Graeca continet; et in libro de *Ira*, quod dolendum, sola Latina. Graeca ut plurimum latinis literis scripta sunt; atque ita quidem scripta, ut monstrent, librarium non solum sermonis Graeci prorsus rudem fuisse, sed ne literas quidem legere calluisse. Hinc eas ita pinxit, ut sibi similitudinem quandam cum Latinis literis habere videbantur; quae vero nulli Latinarum similes erant, eas utcunque rudibus ductibus repraesentavit. Atque firmissime mihi persuasum est, descriptum esse codicem jam ex alio, qui a non magis perito librario scriptus erat; quod unde concluserim, postea dicendi locus est. Dixi supra, quamvis paginam in duas columnas divisam esse; jam initio, nullo discrimine, ubi Graeca occurrunt, haec cum Latina versione ita confusa et permixta sunt, ut mox ex exemplis patebit, postea vero denuo quaevis columna in duas divisa est, quarum prior Latina, posterior Graeca continet. Voces singulae raro intervallo sejunctae sunt, sed omnia continuo tenore perscripta. Literae non nunquam aut transpositae sunt aut exciderunt aut abundant. Compendia scriptura fere nulla, nisi in vocibus θεὸς et κύριος. *N* finale saepe omissum. Nonnunquam αι pro ε et ε pro αι scriptum. Sed prae reliquis investigandum erat, quibus Latinis literis Graecas librarius expressisset.

Itaque α, δ, et λ plerumque per a minutum, — quale etiam nunc in impressis Latinis libris legitur, — expressum est. Raro invenies *Δ* et *Λ*; sed et haec inter se et cum α confusa; λλ plerumque per *M*, nonnunquam per aa aut a*Λ* expressum.

β — b.

γ raro sibi simile est, hoc est figurae Γ; plerumque ejus loco t positum est; confusum nonnunquam cum e et c.

ε — e aut c. raro t.

ζ — z aut ξ.

η et ν semper per н expressit librarius, rarius ν per n.

ϑ — θ, haud raro, omissa lineola, per o, nonnunquam quoque per e.

ι — i. nonnunquam c aut t saepius y.

κ plerumqne sibi simile est; confusum tamen cum Π et tc.

μ plerumque м; nonnunquam aΛ.

ξ — z aut ξ.

ο — o; nonnunquam e.

π — Π; nonnunquam tc, aut ec, aut k.

ϱ — p.

σ — c; nonnunquam e aut t.

τ — t; confusum cum c aut e.

υ — y; nonnunquam i.

φ — raro sibi simile est; plerumque expressum per cb.

χ — x.

ψ — raro sibi simile; plerumque confusum cum y.

ω — ω aut oo.

Indicavi tantum ea confusarum literarum genera, quae saepissime reperta sunt. Esse praeterea alia quoque observata, facile quivis augurabitur. Patet vero hinc, quam difficilis et taedii plenus legendi labor fuerit; at taedium operis egregie compensavit fructus uberrimus, quem inde retulimus.

Iam singulos locos inspiciamus, atque eo quidem ordine, quo apud Lactantium sibi succedunt.

Lib. I. cap. 6. §. 15.

„*In iis ergo versibus, quos legati Romam attulerant, de uno Deo haec sunt testimonia:*

„εἷς ϑεὸς, ὃς μόνος ἐστὶν ὑπερμεγέϑης ἀγένητος.“

Sic sola edit. D habet. In A invenio*)

εισϑεοσ οσ μονοσ εστλοσ οδηπερμεγεϑησ αγενητοσ

sine accentu. In B et C vero

εἷς ϑεὸς ὃ μόνος ἐστίν ὃς ὑπερμεγέϑης ἀγένητος

*) editionem a. 1494. vocabo A, a. 1509. B, a. 1513. C, a. 1684. D.

(ubi ὃς aperte pro ϑς i. e. ϑεὸς positnm est; sed ob metrum postea vocula haec ejecta videtur, a quo primo, nescio) addunt praeterea A, B et C. hanc versionem: id est, *unus deus*, *qui* 6
solus dominatur, *isque amplissimus*, *increatus*. — Apnd Jnstinnm in cohort. ad Graec. p. 16, D. edit. Colon. 1686, idem versus sic legitur:

εἷς δὲ ϑεὸς μόνος ἐστὶν ὑπερμεγέϑης, ἀγένητος.

Paulo vero aliter eum Sibyllina oracula exhibent,

εἷς ϑεὸς, ὃς μόνος ἄρχει, ὑπερμεγέϑης ἀγένητος,

(edit. I et II: *εἷς ϑεὸς, μόνος ὃς ἄρχη, ὑπερμεγέϑης, ἀγένητος**). Mutavit Opsopaeus, qui praeterea notavit apud Theophil. ad Autolycum legi *εἷς ϑεὸς ἐστὶ μόνος*. Verum Sibyllina e Theophilo collecta, quae adjecta sunt carminibus Sibyllinis in edit. II praebent:

εἷς ϑεὸς μόνος ἄρχει, ὑπερμ. κ. τ. λ.

et editio Theophili Coloniensis pag. 112, C. vocem deficientem ὃς supplet. Quo igitur ista Opsopaei verba referenda sint, non video. Sed observari merentur reliqua Opsopaei verba: „*Atque ἐστὶν agnoscunt quidem Lactantii exemplaria, at scriptum ἀρχὴ habet.*“ [αχpι. Cod. Vratisl.] Videamus jam nostrum codicem: „*In hiis ergo versibus*, *quos Romam legati attulerunt*, *de uno deo haec sunt testimonia. unus deus* cicθc *omnipotens* ocмoнoc *supra magnitudinem* apxeПepмepeeнc atenнtos, *innatus*.“ Haec si graecis literis scribas, sic legenda sunt. *εις ϑς ος μονος αρχε περμερεϑης αγενητος* (nam, ut supra monuimus, *ϑ* quoque per e expressum est, et *γ* ut plerumque per t). Nihil itaque vitii remanet, quam quod ultima litera in *ἄρχει* et prima in *ὑπερμεγέϑης* excidit, et quod in hac voce p, hoc est *ρ*, pro *γ* positum est. Patet ergo Lactantio restitui debere, quod textus Sibyllinorum jam habet, *ἄρχει* pro *ἐστίν*. Sed pergamns.

Ibid.

„*Hunc esse solum Deum summum*, *qui coelum fecerit*, *lumini-* 7
busque distinxerit

„*ἀλλὰ ϑεὸς μόνος εἷς πανυπέρτατος, ὃς πεποίηκεν*
οὐρανὸν ἠέλιόν τε καὶ ἀστέρας ἠδὲ σελήνην
καρποφόρον γαῖάν τε καὶ ὕδατος οἴδματα πόντου.“

*) Xysti Betuleji editionem voco I, in orthodoxographis II, Opsopaei III, Gallaei IV.

In hac lectione omnes conspirant, si exceperis errores quosdam leviores in vetustis exemplaribus Lactantii (A *πανηπερτατος, ηλιον τε αστερας* [sine *καὶ*], *ποητον*. B *καὶ* quoque omittit, tum habet *οἰδάματα*. C *πανυπέρατος* — *ἥδιόν τε ἑ ἀεσρας, σεδήνην* — *οἰδάματα*.), et Sibyllinorum editionem I, ubi *πάντων ὑπέρτατος*; sed in margine codicis fuit *πανυπέρτατος*, teste Xysto Betulejo. In veteribus editionibus Lactantii haec additur interpretatio: „*id est, sed deus solus unus eminentissimus, qui fecit coelum solemque et stellas fructiferamque terram et aquae maris fluctus.*“ Unam tantum varietatem ex codice Lactantii lucramur, ubi locus sic conceptus est: „*hunc esse solum summum deum, qui coelum fecerit, luminibus distinxerit. sed deus ultra*, амаθсмонoceic *omnia sublimior qui* ΠaнуΠeptatoeosнclloiн *fecit coelum* ceнoiрапон *solemque* неaioнtek *et sidera sed* yactepacнae *et lunam fru* — ceaнннкap *giferamque* Пoφopoнtaiн *terram* tekai *aquas* ydatocoiaм *fruentis* poнlltatonto.“ Hoc vero est

αλλα ϑς μονος εις πανυπερτατος ος η εποιησεν
ουρανον ηελιον τε κι αστερας ηδε σεληνην
καρποφορον γαιν τε και υδατος οιδμ . . .

Primo itaque versu forsan lectum est in codice *ὅς τ' ἐποίησεν* pro *ὃς πεποίηκεν**). Ultima Graeca vox mirum monstrum foret, ni eadem ipsa aperto testimonio esset, librarium nostrum non codicem ante oculum habuisse, qui literis vere Graecis scriptus esset, sed eum expressisse codicem, qui jam et ipse Graeca utcunque Latinis literis delineasset. Hinc factum est, ut noster adeo voces Latinas pro Graecis haberet. Nam nihil certius est, quam scribi debere, *fluentis ponti*, tatonto (imo ata Пoнtoy). Sed ex ponti fecit poнII.

Ibid. §. 16.

„*Qui quoniam solus sit aedificator mundi, et artifex rerum, vel quibus constat, vel quae in eo sunt, solum coli oportere testatur.*

„*αὐτὸν τὸν μόνον ὄντα σέβεσθ' ἡγήτορα κόσμου,*
ὃς μόνος εἰς αἰῶνα καὶ ἐξ αἰῶνος ἐτύχθη.“

In A. *αὐτὸς* — *σέβεσθε* — *καὶ* deest — *ἔτυχεν*. [Sic quoque Cod. Vratisl. ЄΤΥΧЄΝ, ut confusio pateat inter θH et ЄN.]

---

*) Si н pro Π positum dicas, habebis *πεποίησεν* pro *πεποίηκεν*, eadem literarum *σ* et *κ* confusione, quam infra ad 2, 13, 20. iterum tangemus.

In B. et C. decst τὸν — tum scribitur κἐξ et ἔτυχεν. — Ultimum ἐτύχθη est ex emendatione Turnebi et e codicibus Opsopaei et Cauci. Accedit jam noster codex, qui ita locum legit*) аутонто монононтасеbесентнторакноcмоyоемоноceicaiωннakiezaiнωнocetyон, quod est:

αυτον το μονον οντα σεβεσθ ηγητορα κηοσμου
ος μονος εις αιωννα κι ἐξ αινωνος ετυθη,

ubi, si vitia orthographica emendaveris, omnia perspicua sunt. — In collectione Sibyllinorum hi duo versus non exstant, sed occurrunt apud Theophilum p. 112, D. ubi tamen pejus ἐτέχθη legitur, atque hinc ab Opsopaeo in praefatione Sibyllinorum 9
carminum omnes hi versus collocati sunt. (Praef. v. 7. 41. sqq. 15 sq. edit. noviss. Parisin.)

Ibid.

„*Item alia Sibylla, quaecunque est, quum perferre* (proferre Cod. Regiom.) *se ad homines dei vocem diceret, sic ait:*

„εἷς μόνος εἰμὶ θεὸς, καὶ οὐκ ἔστι θεὸς ἄλλος.“

Sic cum Bunemanno sola D, nescio unde. At A, B, C:

μόνος γάρ εἰμὶ θεὸς, καὶ οὐκ ἔστι θεὸς ἄλλος.

quod haud procul a vero abest. Nam codex noster моносtаρθciмikaioikeстноcамоc quod est

μονος γαρ θς ιμι και ουκ εστν θς αλλος:

[in μόνος et ἐστὶν consentit cod. Vratisl.] lege itaque

μοῦνος γὰρ θεός εἰμι, καὶ οὐκ ἔστιν θεὸς ἄλλος.

Vides, optimum codicem non solum καὶ illud in thesi productum non agnoscere, sed etiam ν finale in ἔστιν servare. Interpretatio sic habet: *unus enim deus sum et non est deus alius.* Atque Sibyllina VIII. v. 377. μοῦνος γὰρ θεός ἐστι, καὶ οὐκ ἔστιν θεὸς ἄλλος, ubi Opsopaeus ex suo quoque Lactantii codice μόνος γὰρ θεός εἰμι, affert.

Lib. I. cap. 7. §. 13.

„*ideoque ab Apolline* αὐτοφυὴς, *a Sibylla* αὐτογενὴς *et* ἀγένητος *et* ἀποίητος *nominatur.*“

---

*) Omitto jam versionem Latinam, quae eodem modo, ut antea, inter medias voces graecas interposita est. Est vero haec: *ipsum solum, qui est, colite creatorem mundi, qui solus e secula seculis permanet.* In veteribus vero editionibus haec leguntur: *ipsum, qui solus est, colite principem mundi, qui solus est in saeculum atque a saeculo factus.*

Nihil variant editiones veteres. Respicitur ad versum Sibyllae, quem Theophilus l. c. servavit (Praef. v. 17.),

αὐτογενὴς, ἀγένητος ἅπαντα κρατῶν διάπαντος,

ad quem locum Opsopaeus non absurde conjicit, Lactantium pro *διάπαντος* legisse *ἀποίητος*. Sed tutius videtur, duo haec verba *et ἀποίητος* (quae tuetur etiam cod. Vratisl.) e textu Lactantii ejicere. Nam sic codex noster: „*ideoque ab Apolline ultro germinatus*, aytoφoнc (*αὐτοφυὴς*) *et a Sibylla ultro natus*,
10 aytoyennc (*αὐτογενὴς*) *nec creatus* apeнnтoc (*ἀρένητος* pro *ἀγένητος*, eadem literarum *ρ* et *γ* confusione, quam iam supra vidimus) *nominatur*." Praeterea pro *ἀγέννητος* reponendum in textu Lactantii *ἀγένητος*.

LIB. I. CAP. VIII. §. 3.

„*Unde mihi de tanta majestate saepius cogitanti, qui deos colunt, interdum videri solent tam caeci, tam incogitabiles, tam excordes, tam non multum mutis animalibus differentes, qui credant, eos, qui geniti sunt maris ac feminae coitu, aliquid majestatis divinaeque virtutis habere potuisse: quum Sibylla Erythraea dicat:*

„*οὐ δύνατ' ἀνδρὸς*
ἐκ μηρῶν μήτρας τε Θεὸς τετυπωμένος εἶναι."

Vix praeter errata quicquam varietatis repereris. In A legitur *δινατια* et *τετυπωμερος*; postremum quoque in C. Ex Theophilo, qui hos versus laudat, pag. 113. B. in prooemium Sibyllinorum intulit Opsopaeus. Mira est Betuleji nota ad hos versus in Gallaei editione Sibyllinorum „haec Sibyllina in scripto libro non inveniebantur, sed apud Theophilum extant, ubi *τετοπομένος* rectius legitur." Haec Betuleji nota sine dubio ex notis in Lactantium in Sibyllina transtulit Gallaeus (Betulejus enim Lactantium ediderat Basileae a. 1563, qua editione nunc aegre careo); nam in Sibyllinorum oraculorum editione omnes hos versus ex Theophilo omisit; duos hos e Lactantio affert pag. 114. inter eos, qui in oraculis ipsis non inveniantur, nulla nota addita. Verum in Theophilo non *τετοπωμένος* (sic enim pro *τετοπομένος* scribere voluit sive Gallaeus sive Betulejus)
11 inveni, sed *τετυπωμένος*, idque non solum in editione Coloniensi, verum etiam in Orthodoxographis pag. 167. Sed novam mirandi materiam praebet Sparkius, qui in editione D excudi fecit *τετοπωμένος*, hac addita nota: „Monet Betulejus Sibyllina haec apud Theophilum reperiri, ubi rectius leg. *τετυπωμένος*."

Haec quomodo quis conciliet? Equidem nullam aliam viam video, quam Betulejum, cum Lactantium ederet, exemplari usum esse aliquo, ubi mero vitio typographico, *τετοπωμένος* exstaret; jam, ceteris veteribus editionibus non inspectis, quae tantum non omnes rectum servant, ex Theophilo *τετυπωμένος* attulisse, ejusque editionem secure Sparkium secutum esse; Gallaeum vero, cum *τετυπωμένος* ubique inveniret, credidisse, Betulejum ambas voces permutasse, ibique *τετοπωμένος* posuisse, ubi *τετυπωμένος* essc deberet. At quod confusionem hanc etiam auget, in excerptis ex Lactantio ad calcem Sibyllinorum idem Betulejus *τετυπωμένος* laudat. Atque hoc sane unice verum, confirmatum quoque a codice nostro, ubi legitur oyaynatanapoc ekмнрωннмнtpacteθeoctetyΠωмenocemai, quod est *ου δυνατ ανδρος εκ μηρωνν μητρας τε θεος τετυπωμενος ειναι*, ubi nihil vitiatnm, quam geminatum *ν*. Notes quoque in emai literam minuscnlam m pro in positam. — Ceterum in Latinis verbis, quae praecedunt, has invenio varietates: *tanta potestate* B. *saevius* A. *a mutis* A, B, C, D. *a multis* Cod. *geniti sint* Cod. recte utique.

Lib. I. cap. 11. §. 47.

„*Hoc certe non poëtae tradunt, sed antiquarum rerum scriptores, quae adeo vera sunt, ut ea Sibyllinis versibus confirmentur, qui sunt tales:*

„*δαίμονας ἀψύχους, νεκύων εἴδωλα καμόντων,* 12
„*ὧν Κρήτη καύχημα τάφους ἡ δύσμορος ἴσχει.*“

Varietates has in editis video, *εψυχους* A. *ηεκυον* A. *καμοντον* A. C. *διςμορος* A. *εξει* A. *ἔχει* B, C. Extant in oraculis Sibyllinis hi duo versus lib. VIII. (v. 47. sq. pag. 684. Gall.) ubi *νεκρῶν* I, II, III, IV. *τάφου καύχημα* I, II. *καύχημα τάφου* III, IV. *ἕξει* I, II. Ex quo fonte *ἴσχει* in recentiores et Lactantii et oraculorum editiones fluxerit, nescio. Codex habet: aayмoнacayyxoycнekyωмyaωaakaωнkpпtнkyxнмataφocyнaycмo pocezey, quod est:

δαιμονας αψυχους νεκυωμ ιδωλα κα ....
ων κρητη κυχημα ταφοσυ η δυσμορος εξει,

quod vitiis orthographicis emendatis, et lacuna expleta vulgatam Lactantii confirmat, solo *ἴσχει* in *ἕξει* mutato (quod perspicue habet Cod. Vratisl.); atque adjuncta interpretatio quoque *habebit* reddit vocem. Caeterum novum luculentumque testimonium hi versus exhibent, quam vere antea suspicati fuerimus, de-

scriptum hunc codicem jam ex alio ejusdem notae esse, ubi librarius non omnia intellexerit. Nam sic ibi scriptum exstat in secundo versu, interposita latina interpretatione, κυχημα *crete sepulta* φοcyн *sepulchra eorum* etc. Vides *sepul* non solum bis scriptum esse, sed syllabam *ta*, quae ad φocy pertinebat, illinc avulsam cum priori *sepul* in *sepulta* coaluisse.

Lib. I. cap. 15. §. 15.

„Ob hanc vanitatem Sibylla sic eos increpat:
„Ἑλλὰς δὴ τί πέποιθας ἐπ᾽ ἀνδράσιν ἡγεμόνεσσι;
πρὸς τί δὲ δῶρα μάταια καταφθιμένοις ἀνατίθης;
θύεις εἰδώλοις· τίς τοι πλάνην βάλεν ἐν νῷ,
ὥς τέ σε τάδε ποιεῖν μεγάλοιο θεοῖο προσώπου
λειπομένου;“

Sunt quidem inter Sibyllinos plurimi versus, quos vix versus heroicos vocare possis. Sed sic omnis metri expertes paucos
13 inveneris. Sed jam in editionibus veteribus maxime insignis est lectionis varietas. Atque in edit. A sic locus verbis conceptus legitur: *ελλας δη τι πεποιτας ἐπ ανδρας ηγεμονασ προσ τι δε δωρα ματαια καταφθιμενοισ ἀνατιθησ, θυεισ ειδολισ τισσοι εν νω πλανην εβαλεν ωστε σε ταδε ποιειν μεγαλου θεοιο προσωπου ἀπολελειμμενου* in quibus metri versuumque nulla vestigia apparent. Paulo propius jam ad vulgatam lectionem accedit edit. B: *Ἑλλὰς δὴ τί πέποιθας ἐπ᾽ ἀνδράσιν ἡγεμόνεσσι; πρὸς τί δὲ δῶρα μάταια καταφθιμένοις ἀνατίθης; θύεις εἰδώλοις, τίς τοι ἐν νῷ πλάνην ἔβαλεν, ὥστε σὲ τάδε ποιεῖν μεγάλου θεοῦ προσώπου ἀπολελειμμένου.* Atque sic prorsus in C, nisi quod multis vitiis typographicis scatet, ut semper, in Graecis. Videamus jam ipsa Sibyllina carmina, ubi hi versus occurrunt, lib. 3, v. 545. sqq.

Ἑλλὰς δὴ τί πέποιθας ἐπ᾽ ἀνδράσιν ἡγεμόνεσσι
Θνητοῖς, οἷς οὐκ ἔστι φυγεῖν θανάτοιο τελευτήν;
Πρὸς τί τε δῶρα μάταια καταφθιμένοισι πορίζεις,
Θύεις τ᾽ εἰδώλοις· τίς τοι πλάνην ἐν φρεσὶ θῆκε
Ταῦτα τελεῖν προλιπόντι θεοῦ μεγάλοιο πρόςωπον.

ubi hanc scripturae aberrationem invenio in I et II (nam III cum IV prorsus conspirat); *θύεις τι εἰδώλοις; τί τοι* etc. et tum *προλιποῦσα.* Haec si cum Lactantianis compares, haud sane facile tantae discrepantiae causam et originem investigabis. Facile quidem alicui in mentem venire possit, Lactantium non

ipsos versus adduxisse, sed sat habuisse sententiam, quam continerent, sermone pedestri extulisse; quod colorem aliquem veritatis prae se fert, editionibus veteribns inspectis, qnae prorsus versuum tenuissima vestigia delent. Huc accedit, quod editio B, quae e veteribus nostris in Graecis emendatissima est, quaeque aliis in locis plerumque versus a prosa oratione distinguere solet, hic quidem continna serie verbis descriptis edito- 14
rem de versibus discriminandis non cogitasse satis docet. Verum vana ejnsmodi opinio vel inde refellitur, quod tum Lactantius non Graeca sed Romana oratione nsus fuisset. Verum est, quod Bnnemanno reliquisque recentioribns editoribus jure irascamnr, qui bonis suis uti neglexerunt. Vix enim credibile est, tot codicibus jam collatis omnes in vulgata conspirare. Et nt conspirent, tamen quod ipsas Sibyllinorum carminum editiones non inspexerint, nnmquam excusari poterunt. Sparkius quidem ex Betuleji editione semper indicat, ubinam et quomodo in Sibyllinis oracula legantur; sed ne hoc quidem, quod nullius laboris erat, Bunemannus fecit. Atque sane ex Opsopaei editione multis locis videre potuissent, esse vetera Lactantii exemplaria, quae mnlto emendatius Graeca contineant. Ad ipsos hos versus, quos nunc tractamns, haec est viri hujus docti nota: „Lactantius libro I, cap. 15, ubi adversus Graecorum vanitatem, qna homines pro diis colebant, disserit, hanc Sibyllae adversus eos increpationem citat, sed secundo versu mancam ceteris variantem. Nam nbi in tertio est *πορίζεις*, Lactantii vulgati codices habent *ἀνατίθης*. Verum scriptns codex opt. notae, qui est in Bibliotheca integerrimi Senatoris cl. Puteani, plane cnm Sibyllinis libris consentit, qnemadmodum etiam in reliquis, ubi publicati fuerunt, *τίς τοι πλάνην βάλεν ἐν νῷ, ὥς τε σε τάδε ποιεῖν μεγάλοιο θεοῖο προσώπου*, in Puteani membranis scribitur, *τίς σοὶ πλάνον ἐν φρεσὶ θῆκε, ταῦτα τελεῖν προλιπόντα θεοῦ μεγάλοιο πρόσωπον*, cum hac interpretatione, *Quis tibi errorem in mente posuit, ut haec facias, derelicta Dei magni facie?*“ Atque prorsus ita optimus noster codex (in summo margine una in linea Graeca legi neqnibant; Latina intacta 15
manserunt.)

Gracia quid	емасанП
confidis in	ПсПоiθас
uiris esse rec	еПанарасiн
tores et cur	нремонесi

inania dona	Προtiaeeaωpa
mortuis af	мataiakata
fers. Hostias	φθiмeнoici
ydolis cele	Πopizeiθyic
bras. quis ti	iaωaoicticoi
bi errorem	Πaaнoнenφpe
in mente po	. . . .
suit ut hec	totaaeiн
facias dere	ΠpoaieΠonta
licta dei mag	θeoyмeγa
ni ficencia *)	aoioΠpocωtio

quod est *ελλας δη τι* (pro *π* leg. *τι*) *πεποιθας επ ανδρασιν ηρεμονσσι* (*ρ* denuo cnm *γ* confusum) *προ τι δεε δωρα ματαια καταφθιμενοισι ποριζει θυις ιδωλοις* **) *τι σοι πλανον εν φρε* - - - - - - *το ταλειν προλιεποντα θεου μεγαλοιο προσωπο* (nam pro ti legendum Π). Quae paucis exscriptoris vitiis exceptis plane cum Puteani codice et ipsis Sibyllinorum versibus convenire, statim apparet. Quin itaque vulgata Lactantii scriptura e duobus his codicibus mutari debeat, vix dubinm esse potest. Sed oritur jam alia quaestio snbdifficilis, unde tandem factum sit, ut mirnm in modnm in ceteris exemplaribus haec depravata reperiantur. Ad quam quaestionem equidem reponere non dubito, fnisse quendam graece satis doctum hominem, qui cum praeter initium cetera in suo codice legere nequiret, latinam interpre-
16 tationem ad verbnm secutus ipse Graece vertit. Nām mirus est consensns inter Graeca, quae veteres editiones representant atque interpretationem Latinam in duobus his codicibus. Quis vero primns vulgatam Lactantii in versns distinxerit, nescio. Ceterum utrum *προλιπόντι* an *προλιπόντα* scribas perinde est. Nam ubi subjectum infinitivi ad praecedentem aliquem casum refertur, id quod huic subjecto infinitivi praeterea additur plerumque in eodem casu, qui praecedat, poni, notissimum est. Sunt tamen satis multa exempla, nbi hoc, quod ita additur, qnartum casum, qui solennis est subjecto infinitivi, servat, nt

*) sic pro *facie*.

**) Codex Vratisl. in Graecis desinit in verbis: *θυεις δ' ιδω* -; in praecedentibus *ποριζεις* confirmat. Interpretatio latina prorsus convenit cum ea, quam Cod. Regim. habet, nisi quod recte *facie* dat.

Lucian. Demon. c. 4. T. 1. p. 599 Schm. *καὶ τὸ ὅλον, ἐμεμελήκει αὐτῷ μηδενὸς ἄλλου προςδεᾶ εἶναι*, quod etiam *προςδεεῖ* esse potuit. (Adde Xenoph. Anab. 3, 2, 36. et Interpp. ad Herod. 1, 19.) Rarius hunc accusativum poni, nec nisi apud recentiores fere, praegresso nominativo, monuimus jam in programmate paschali 1816 pag. 9. Sic Eratosthen. catasterism. c. 27. pag. 122. Gal. *ἐτιμήθη δὲ διὰ τὸ σύντροφον εἶναι τῷ Διΐ.* id. c. 33. p. 128. *μετὰ δὲ χρόνον Κέφαλος ἀμφοτέρων αὐτῶν ἐκράτησε διὰ τὸ εἶναι Πρόκριδος ἄνδρα.* quae si quis emendare velit, facile est *σύντροφος* rescribere, et *ἄνδρα* delere. Sed haud necessarium puto. Phurnut. de nat. deor. c. 20. pag. 187. Gal. *ληϊστὶς ἐκλήθη ἀπὸ τῆς λείας ἢ μᾶλλον διὰ τὸ σώτειραν αὐτὴν τῶν χρημάτων καὶ τῶν λαῶν εἶναι.* Et saepius in hoc scriptore ut c. 34. pag. 231. Scriptura *ληϊστὶς*, ut hoc addam, favere videtur Sylburgio, qui ad Etymolog. magn. pag. 563, 19. *ληϊάδες καὶ ληϊτίδες ἐπὶ τῶν γυναικῶν αἱ αἰχμάλωτοι, λαφυραγωγοὶ, πολεμικαὶ*, haec annotat pag. 53. „haud scio, an melius „*ληϊστίδες* a *λήϊστος*, ea forma, 17
qua *αἰχμαλωτίδες* ab *αἰχμάλωτος*.“ Verum cognomen Minervae, quod Phurnutus laudat, spectat ad Iliad. κ, 460.

καὶ τάγ' Ἀθηναίῃ ληΐτιδι δῖος Ὀδυσσεὺς
ὑψόσ' ἀνέσχεθε χειρὶ, καὶ εὐχόμενος ἔπος ηὔδα.

A serioribus poetis vox traducta est, significatione immutata, ad mulieres captivas. Praeter Lycophron. 105. Apollon. Rhod. 1, 818, quos Schneider laudat, vide Quint. Smyrn. 3, 544.

ἀμφὶ δέ μιν μογεραὶ ληΐτιδες
ἱστάμεναι γοάασκον.

Ad Minervam refertur glossa in Hesychio *ληΐτιδι, λαφυραγωγῷ.* Phavorinus, nescio unde, *ληΐτιδι ἴσως μὲν ὅμοιόν ἐστι τῇ ἀγελείᾳ, εἴπερ ἐκείνη γίνεται παρὰ τὸ ἄγειν λείαν, ἧς μέρος καὶ τὰ λάφυρα, ἤγουν σκῦλα, ἐξ ὧν σκυλητρία παρὰ Λυκόφρονι Ἀθηνᾶ· εἰ δὲ ἀγελεία λέγεται Ἀθηνᾶ παρὰ τὸ ἄγειν λεὼν ἢ παρὰ τὸ ἄγη ἐλαύνειν διαφέρει οὕτως ἡ λήϊτις καὶ ἡ ἀγελεία*, quem locum cur totum adscripserim, mox patebit. — Quid Suidas voluerit, non patet, *ληΐτις, ληΐτιδος· Λήϊτος δὲ ληΐτου.* In Etymologico omnia turbata sunt, *λαφυραγωγοὶ* pertinet ad Homerum, *αἰχμάλωτοι* vero et *πολεμικαὶ* ad usum seriorum poetarum. Hunc quoque respexit Phavorinus in alia glossa, cujus sedem aeque ignoro. *ληΐς, ἡ λαφυραγωγία - - - - ληΐδες δὲ καὶ ληΐτιδες· αὐτὰρ ληϊάδεσσι δορυκτήταις περιαύων, εἰλαπίνῃσι μέλποντο ληΐτιδες.* Prior versus

est Apollon. Rhod. 1, 806, unde *περίανον* corrigendum; in altero, misere mutilato, respexit ad Apollon. 1, 818.

ἀλλ' οἷαι κοῦραι ληΐτιδες ἔν τε δόμοισιν
ἔν τε χόροις ἀγορῇ τε καὶ εἰλαπίνῃσι μέλοντο.

Sylburgianae itaque scripturae, *ληϊστὶς* nulla auctoritas ex Phurnuto accedere potest, imo etiam in hoc scriptore litera sibilans, male intrusa, ejicienda est. Verum restat etiam altera quaestio
18 subdifficilis de accentu. Oxytonon vocem scribunt Etymologicum et Phurnutus, reliqui barytonon. Ex locis poetarum non patet, utrum secunda an tertia syllaba notanda sit. (*λήϊτις* habet Phavorinus;) *ληῖτις* Suidas et lexica recentiora, quod manifesto falsum est. Rectius Stephanus et Scapula *ληΐτις*. Veterum grammaticorum de accentu hujus vocis disserentium auctoritatem desidero. Sed ut a *πολίτης πολῖτις* est, sic *ληῖτις* a *ληΐτης*, quamvis *ληΐτης* non occurrat. — Verum redeundum est ad Lactantium nostrum.

LIB. II. CAP. 10. §. 4.

„*Denique Plato humanam formam θεοειδῆ esse ait, et Sibylla, quae dicit:*

εἰκὼν ἔστ' ἄνθρωπος ἐμὴ λόγον ὀρθὸν ἔχουσα.“

ubi *εικωνες* sine *ἔστ'* A et C. *λοτον αρτον* A. *ἀρθον* C. *ἔχοισα* B. Omnes tres praeterea pro *θεοειδῆ* theoidem sive theoiden habent. Occurrit versus in Sibyllinis lib. 8. v. 402. nulla in editis varietate. Verum codex Lactantii haec habet: *Denique Plato humanam formam Theonidem esse ait, et sibilla que dicit ymago es homo* ikпecmeн *verbum* anepωtoc *rectum* eмnaoγoнop *habens* θoнexoyca. Ubi principio notandum, librarium denuo vocem Latinam pro Graeca habuisse; sine dubio enim sic verba dividenda sunt: „ikнec *mea verbum.*“ His tribus literis rejectis restant haec:

ιxν ες ανθρωτος εμη λογον ὀρθὸν ἔχουσα,

quod est

εἰκὼν εἶς ἄνθρωπος ἐμὴ λόγον ὀρθὸν ἔχουσα,

atque *εἶς* pro *ἔστ'* non solum sequentia in Sibyllinis postulant, ubi secunda persona semper regnat, sed etiam tum scriptura
19 *εἴκωνες* in veteribus editionibus, tum interpretatio Latina, *imago es homo*, confirmat.

Lib. II. cap. 11. §. 18.

„*Sibylla hominem Dei opus esse testatur*,
ὃς μόνος ἐστὶ θεὸς κτίστης ἀκράτητος ὑπάρχων
αὐτὸς δ' ἐστήριξε τύπον μορφῆς μερόπων τε
αὐτὸς ἔμιξε φύσιν πάντων γενεῆς βιότοιο."

ubi *αὔτος δε εστηριξε* A et C. *ἔλιξε* A. Cetera leviora omitto. Occurrunt versus in Sibyllinis statim ab initio pag. 36. Gall. (Fr. II ed. Paris.) sed hoc modo
ὃς μόνος ἐστὶ θεὸς κτίστης ἀκράτητος ὑπάρχων
αὐτὸς στήριξεν μερόπων μορφήν τε τύπον τε
αὐγὰς μίξε φύσιν πάντων γενεῆς βιότοιο.

Alter versus iterum occurrit lib. 3. v. 27, ubi edit. III et IV eum eodem modo scribunt, ut antea legebatur; verum I et II et ambo Opsopaei codices propius ad Lactantii scripturam accedunt,
αὐτὸς, ὃς ἐστήριξε μορφὴν τύπον μερόπων τε,
nisi quod codices scripti *τύπον μορφήν* praebent. In tertio versu Gallaeus *αὐγὰς* ex Betuleji correctione esse credidit, sed fallitur. Nam non solum Betuleji nomine typographus testatur pag. 103, nulla in voce manuscripti lectionem mutatam esse, verum ipse etiam in annotationibus Lactantii lectionis, ut a codicis lectione recedentis in hac voce, meminit. — Tandem Gallaei mscr. *γενεὴν* habuit. Jam scriptum nostrum Lactantii exemplar prorsus cum edito conspirat, оемонсеестiосkстнсаkра тнтосyitapχooнaytocaeeтнpiξetyПонмopcbнемepoПωнteaytoceмiξ ecbycinПантωнененсbiotoio, quod est
ος μονς εστι θς κστης ακρατητος υιπαρχων
αυτος δ εστη ιξε τυπον μορφης μεροπων τε
αυτος εμιξε φυσιν παντων ενεης βιοτοιο,

ubi levia vitia, quae occurrunt, facile emendari possunt. Verum quid sibi velit in *μερόπων τε* copula, non video. Vel Sibyllinorum carminum lectio praeferenda est, vel saltem *μερόπεσσι* scribendum.

Lib. II. cap. 12. §. 19.

„*Sicut sacrae literae docent, et Sibylla Erythraea, cum dicit:*
οἱ δὲ θεὸν τιμῶντες ἀληθινὸν ἀένναόν γε
ζοὴν κληρονομοῦσι τὸν αἰῶνος χρόνον αὐτοὶ
οἰκοῦντες παράδεισον ὁμῶς ἐριθηλέα κῆπον."

ubi *ἀέναόν γε* A et D. *ζωὴν* B C D. *ὁμοίως* B, C. In Si-

byllinorum collectione versus desiderantur. Codex vero noster sic habet (verum in prima linea, quae in summo margine erat, initium tantum legi poterat): oiaee . . . . . мωнtecaaнoiнonai нaoнteξωннкaнpoнoмoicitoнaiωнoccxpoнoнaiticikoyнteoΠapaaei coнoмωccpieнaeakиΠoн, quod est

οι δε ϑ . . . . . μωντες αληϑινον αιναοντε
ζωην κληρονομοισι τοναιωνος χρονον αιτι
σικουντεο παραδεισον ομως εριϑηλεα κηπον.

Antequam de scriptura dicamus, indicanda est varietas in jungendis verbis; veteres editiones hanc interpretationem additam habent, *qui autem Deum honorant verum, sempiternam utique vitam haereditario jure possident saeculi tempus ipsi habitantes ad paradisum similiter florentissimum hortum:* junxerunt itaque ἀέναον cum ζωὴν, et γὲ *utique* reddiderunt; praeterea ζωὴν a κληρονομοῦσι pendere voluerunt. Atque sic quoque Cellarius locum intellexit. Neque aliter cod. noster *qui autem honoraverunt Deum verum, aeternam vitam hereditabunt perpetuo saeculo ipsi habitantes paradysum simul amoenissimum hortum*, qua in interpretatione τὲ prorsus
21 omissum est. Atque possit quidem videri, γὲ quoque librarium hunc legisse, sed per *te* expressisse, quoniam saepius γ et τ eum confudisse jam supra notavimus. Verum illud γὲ molestum est et supervacaneum, ὁμῶς vero optime codex *simul* vertit; totum locum sic scribo

οἱ δὲ θεὸν τιμῶντες ἀληθινὸν ἀέναόν τε,
ζωὴν κληρονομοῦσι τὸν αἰῶνος χρόνον αὐτοὶ
οἰκοῦντες παραδείσου ὁμῶς ἐριθηλέα κῆπον,

ubi αὐτοὶ est pro καὶ αὐτοί. Genitivum vero rescripsimus jubente ipsa Sibylla lib. 1. v. 24. sqq.

τὸν δὴ κέλετ' ἐν παραδείσῳ
ἀμβροσίῳ ναίειν, ὥς οἱ καλὰ ἔργα μέμηλε·
αὐτὰρ ὁ μοῦνος ἐὼν αὐτοῦ ἐριθηλέϊ κήπῳ etc.,

ubi pro αὐτοῦ vetera exemplaria I et II syllaba abundante παραδείσου legebant. Firmat praeterea scripturam nostram Theophilus ad Autolyc. pag. 114, D, ubi ἀέναόν τε tum κληρονομήσουσ' omisso τόν; denique παραδείσου, sed excidit ὁμῶς.

Ibid. §. 20.

„*Quod etiam Sibylla in carmine suo docet, dicens:*
ἄνθρωπον πεπλάσθαι θεοῦ παλάμαις ἐνὶ αὐταῖς
ὅντε πλάνησεν ὄφις δολίως ἐπὶ μοῖραν ἀνελθεῖν
τοῦ θανάτου, γνῶσίν τε λαβεῖν ἀγαθοῦ τε κακοῦ τε.“

In editis Lactantii exemplaribus has varietates reperio, omissis, ut in posterum semper, levioribus erroribus typographicis: *πεπλασται* A, C. *ενιαυτοις* A, B, C. *ὅν και πλανησεν* A, B, C. *ἀγαθοῦ καὶ κακοῦ* B, C. — In Sibyllinis invenies hos versus lib. 8. v. 258. sqq., ubi duo versus mutili praecedunt

καὶ φθαρτῆς σαρκὸς μορφῇ
οὐράνιον δώσει καὶ
ἄνθρωπον πλασθέντα θεοῦ παλάμαισιν) ἐν αὐταῖς* 22
ὅν κ' ἐπλάνησεν ὄφις δολίως, ἐπὶ μοῖραν ἀπελθεῖν
τοῦ θανάτου γνῶσίν τε λαβεῖν ἀγαθοῦ τε κακοῦ τε.

Verum aut multum fallor aut ex Lactantio primum versum ex his tribus supplevit Opsopaeus; nam in edit. I et II sic legitur:

καὶ φθαρτῆς σαρκὸς μορφῇ
οὐράνιον δώσει καὶ ἄνθρωπον πλασθέντα
ὄντ' ἐπλάνησεν ὄφις δόλιος ἐπὶ μοῖραν ἀπελθεῖν
τοῦ θανάτου γνῶσίν τε λαβεῖν ἀγαθοῦ τε κακοῦ τε.

Opsopaeus quidem de suppleto versu nihil monet, tantummodo addens, manuscriptum Lactantium habere *ἄνθρωπον πλασθέντα* et *ὅνκε* pro *ὄντε*. Sed vix credo reticuisset, si in suo Sibyllinorum codice adjecta haec verba reperisset. In Xysti Betuleji nota ad hunc locum error typographicus lectorem morari potest. Ita enim ille „*apud Lactant. lib. eod. cap.* 13. *pro hoc versu sic legimus. ἄνθρωπον πεπλάσθαι θενῦ παλάμαις ἐνὶ αὐταις et in sequenti versu pro ἐπελθεῖν legitur ἀπελθεῖν, pro κακοῦτε, καὶ κακοῦ.*“ Sed cum ipse Betulejus in textu ediderit *ἀπελθεῖν* cumque quot contuli Lactantii exemplaria *ἀνελθεῖν* omnia exhibeant, apertum est scribi debere „*et in sequenti versu pro ἀπελθεῖν legitur ἀνελθεῖν.*“ Partem horum versuum jam antea Sibyllina collectio habuit. lib. 1. v. 39. sqq.

τοὺς δὲ μάλ' αἰνὸς
ἐξαπάτησεν ὄφις δολίως ἐπὶ μοῖραν ἀπελθεῖν
τοῦ θανάτου γνῶσίν τε λαβεῖν ἀγαθοῦ τε κακοῦ τε.

Atque vulgatam quidem in Lactantio scripturam ferri non posse apertum est, nam primus versus prorsus *ἄμετρος*. Hinc quoque 23
in edit. B versuum omnis distinctio sublata est. Vitium hoc metricum vero tollunt codices isti duo Lactantii, alter Opso-

---

*) *παλαμαῖσιν* excusum erat jam ab Opsopaeo. Sed accentuum errores tacite semper correximus. Sic ubique excusum erat in his versibus *πεπλᾶσθαι*.

paei, alter noster: ubi sic locus perscriptus est: анерωΙΙонΠмсе еnтаоуΠаасмаісаітесінонкеΠааннсенochicaoaiωceΠімоірананее аθеіntoyθанатаоуtнωcintеааbенатаθоуtеkаkосуΠе, quod est:

ανθρωπον πλασθεντα θυ (pro *θου*) *πλασμαις αιτεσιν*
ουκε πλανησεν οφις δολιως επι μοιραν ανεελθειν
του θαναταου γνωσιν τελαβεν αγαθου τε κακοσυ πε

ubi *πλασμαις* sive *παλσμαισ* (nam sic quoque legi potest) nihil est nisi error pro *παλαμαις*. Lego vero

ἄνθρωπον πλασθέντα θεοῦ παλάμαις αὐταῖσιν
ὃν πεπλάνηκεν ὄφις etc.,

nam reliqua mendo vacant; *πεπλάνηκεν* vero scripsi quoniam neque *τὲ* neque *κὲ* (quod in illo *καὶ* veterum editionum etiam latere videtur) neque, quod alius quis reponere possit, *γὲ* hic apta videntur. Sed *κ*, *π*, et *τ* saepissime confusa vidimus, ut statim in fine horum versuum *πε* pro *τε*; et *σ* et *κ* confusum habuimus jam supra lib. 1, 6. 15.

Lib. II. cap. 16. §. 1.

„*quae omnia per se falsa sunt, ut Sibylla Erythraea testatur,*
ἐπεὶ πλάνη πάντα τάδ' ἐστὶν
ἅπερ ἄφρονες ἄνδρες ἐρευνῶσι κατ' ἦμαρ."

ubi nihil variant editiones, nisi quod *κατὰ ἦμαρ* habent A, B, C. In D hanc notam invenio: „*Hos versus aliter memorat Betulejus*

τὰ γὰρ πλάνα πάντα πέφυκεν
ὅσσα κεν ἄφρονες ἄνδρες ἐρευνῶσιν καθ' ἦμαρ."

27 Quae scriptura est librorum Sibyllinorum 3, v. 228. sq. Aliomodo versus hos *ἀμέτρους* prorsus sanat codex Regiomontanus, ubi sic legitur: еΙΙіΠаанаΠантатаасстіносаΠерасbронесанаре сереуншсінкатанмар, quod est:

επι πλανα παντα ταδ εστιν
οσαπερ αφρονες ανδρες ερευνωσιν κατα ημαρ,

quae nulla ne minima quidem mutatione indigent, nisi *ἐπὶ* in *ἐπεὶ* mutato, et *ὅσαπερ* in *ὅσσαπερ*.

Lib. IV. cap. 6. §. 5.

„*Sibylla Erythraea in carminis sui principio, quod a summo Deo exorsa est, filium Dei ducem et imperatorem omnium his versibus* (*verbis* cod. Regiom.) *praedicat.*

παντατρόφον κτίστην, ὅστις γλυκὺ πνεῦμα ἅπασι
κάτθετο, χ' ἡγητῆρα θεῶν πάντων ἐποίησε,

qnae verba editio A sic depravata exhibet *παντροτροφον κτιστην οθις γλυκυ πευμα αντασικα τεθετο και ηγητορα γεθεωνπαντωνεοιησε*. B et C vero cum vulgata consentiunt, nisi quod *κατέθετο καὶ ἡγήτορα* praebent. In Sibyllinorum collectione versus hi non exstant, sed citantur a Theophilo ad Autolycum pag. 112, B. hoc modo

παντότροφον κτίστην, ὅςτις γλυκὺ πνεῦμ' ἐν ἅπασι
κάτθετο, χ' ἡγητῆρα βροτῶν πάντων ἐποίησε,

ubi *κατέθετο* qnoque in antiquis editionibus legitur. Sed longe insignior est varietas illa *θεῶν* et *βροτῶν*, quam discutere theologis relinquamus. Nos quidem pro certo affirmare audemus, neque *θεῶν* neque *βροτῶν* a Lactantio lectnm esse; nam *dux et imperator omnium* vocari a Sibylla refertur filius Dei, non Deorum omninm, quod impium esset (Lactantius paulo ante §. 2. *et quamvis alios postea innumerabiles pcr ipsum creavisset, quos angelos dicimus, hunc tamen (filium) solum primo genitum divini nominis appellatione dignatus est, patria scilicet virtute ac majestate pollentem*), neqne hominum, quod nimis angustum esset, sed omnium rerum *τῶν πάντων*. Ex Theophili opere laudato in prooemium Sibyllinorum. v. 5. sq. intulit haec verba Opsopaeus, pag. 12. Gall. ubi Opsopaeus, postquam ex Turnebo docuit *παντοτρόφον* translato accentu scribendum esse, haec addit: „*in posteriore (versu) excusa Lactantii exemplaria et scriptum cl. v. Puteani optimae notae habent χ' ἡγητῆρα θν., unde vel θεῶν vel θεὸν fieri potest: sed Lactantii menti propius accedit θεὸν, ut filium Dei Deum lucem* (imo *ducem;* errorem secure propagavit Gallaeus) *dicat omnium, ut pag.* 155. (pag. 28. Gall.) *dicit πάντων θ' ἡγητῆρα κατέστησεν θεότευκτον; cui plane consona est poetae praestantissimi Joan. Aurati lectio, χ' ἡγητῆρα βροτὸν πάντων, ut hominem nempe Jesum ducem omnium dixerit.*" In horum verborum initio brevitatis cansa non satis perspicue locutus est Opsopaeus. Ni fallimur nihil alind videtur dicere voluisse, quam pro *βροτῶν* Lactantii exemplaria habere *θεῶν*, pro qno scriptus liber compendium *θν* offerat, qnod etiam *θεὸν* legi posse, hocque Lactantii menti magis convenire. Valde enim dubito, in editis Lactantii libris nnquam *θν* reperiri, quod tamen proprie Opsopaei verba significant. Praeterea in *χ' ἡγητῆρα* vix credo eum cogitasse de varia scriptura, sed verba haec, ut nullius in totam quaestionem momenti, ex Theophili scriptnra posuisse. Nam omnia nostra

exemplaria cusa, ut supra vidimus, καὶ ἡγήτορα habent, neque aliter, ut mox patebit, cod. Regiom. cui hacteuus semper cum cod. Puteani convenit, ut ne hunc quidem χ' ἡγητῆρα praebere credam. Verum Lactantius quidem neque θεὸν neque βροτὸν
26 legit in Sibyllinis. Illud si reperisset, dixisset filium Dei, Deum et ipsum, imperatorem etc. vel tale quid. Nunquam enim silentio transmissurus fuisset tam apertum Sibyllae testimonium pro divinitate Salvatoris uostri. βροτὸν vero nullo modo locum habere potest. Nam quis usquam dicat redemtorem uostrum, tum demum, postquam homo factus est, imperatorem omnium rerum esse constitutum. Sed videamus nunc scriptum Lactantii exemplar. IIаntotpocbonktictнноctictaykyIIиеумааIIаcінkaθeto kayнtнtораенIIантωнеIIонсен quod est

παντοτροφον κτιστην οςτις γλυκυ πνευμα απασιν
καθετο και ηγητορα θν παντων εποησεν.

Nam eн esse θν dubitari nequit, tum propter solleunem coufusionem literarum *e* et θ consensumque codicis Puteani, tum propter versionem latiuam, *et ducem deum omnium fecit:* unde simnl patet, lectum hoc quondam fuisse θεὸν uon θεῶν; cur tameu Lactantium alind quid ob oculos habuisse credam, supra jam dictum est. Equidem totum locum sic coustituo,

παντοτρόφον, κτίστην, ὅστις γλυκὺ πνεῦμ' ἐν ἅπασιν
κάτθετο καὶ ἡγήτορα τῶν πάντων ἐποίησεν,

ubi quam facile τῶν in θεὸν aut θεῶν transire potuerit, nemo uon videt. Sed semel θεῶν et θεὸν ubi scriptum est, uecesse quoque videri potuit, χ' ἡγητῆρα scribere. [Cf. Lactantius in epitome ad Peutadium cap. 42. §. 6. „Sibylla quoque deum dicit ducem omnium a Deo factum", unde patet, legendum esse aut χ' ἡγητῆρα θεόν aut καὶ ἡγήτορα θεόν, ita ut θεόν monosyllabum sit.] Iuvitus quidem versum elumbem emendatione mea procudi; sed sunt ejusmodi uou pauci in hac carminum farragine, ut lib. 3. v. 529.

πᾶσαν ὕβριν πάσχοντας δεινήν· κοὐκ ἔσετ' αὐτοῖς,

lib. 5. v. 259.

μηκέτι τείρεο θυμὸν, μὴ στήθεσσι μέγαιρε,

et, qui pejor etiam est, lib. 5. v. 109.

εἶθ' οὕτως τέλος ἔσται ἄφθιτον ἀνθρώποισιν.

Sed posterior hic nou sine dubitatioue allatus est. Cf. ad Lactant. 7, 18. Adde 8. v. 385.

σάρκας γάρ τε καὶ ὀστέα μυελόεντα καίουσι.

Ceterum ut ad Sibyllae versus redeam, *παντοτρόφος* vulgarem 27
sollennemque compositionis normam sequitur, ut et *παντρόφος*. An quoque *παντατρόφος* Graecis dicere licuerit, valde addubito. Quae a lexicographis afferuntur exempla, *πανταεθνὴς*, *παντάμορφος* et *πανταφόβος*, ea omnia aut dubia aut corrupta videntur. Sed liceat nobis hac oblata occasione lexicorum defectus in vocibus ab hoc adjectivo incipientibus, quotquot nos observavimus, supplere:

παμμακάριστος non solum Phavorini est, sed Hesychii jam s. v. *πανόλβιος*.

παμμέγιστος. Aelian. V. H. 10, 2.

παμμεδέων a Schneidero addubitatum Riemer omisit. Occurrit in inscriptione templi S. Sergii, quam ex manuscriptis Vaticanis codicibus dedit Alemann. ad Procop. pag. 48, quamque a recentioribus Anthologiae editoribus Brunckio Jacobsioque omissam hic repetere non injucundum fore speravimus:

ἄλλοι μὲν βασιλῆες ἐτιμήσαντο θανόντας
ἀνέρας, ὧν ἀνόητος ἔην πόνος· ἡμέτερος δὲ
εὐσεβίην σκηπτοῦχος Ἰουστινιανὸς ἀέξων
Σέργιον αἰγλήεντι δόμῳ θεράποντα γεραίρει
Χριστοῦ παμμεδέοντος, ὃν οὐ πυρὸς ἀτμὸς ἀνάπτων,
οὐ ξίφος, οὐχ ἑτέρη βασάνων ἐτάραξεν ἀνάγκη,
ἀλλὰ θεοῦ τέτληκεν ὑπὲρ Χριστοῖο δαμῆναι
αἵματι κερδαίνων δόμον οὐρανοῦ. Ἀλλ' ἐνὶ πᾶσι
κοιρανίην βασιλῆος ἀκοιμήτοιο φυλάξοι
καὶ κράτος αὐξήσειε θεοστεφέος Θεοδώρας,
ἧς νόος εὐσεβίῃ φαιδρύνεται, ἧς πόνος αἰεὶ
κὰκ κτεάνων θρεπτῆρες ἀφειδέες εἰσὶν ἀγῶνες.

ubi versu 5. *τὸν* et v. 11. *ἀνεὶ* legebatur. Ultimum versum non intelligo.

πάμμουσος. Sibyll. 5. v. 140.

παμπάμων. Ruhnken. ad Tim. pag. 209.

πάμπιστος et *πάμπυστος* dubia sunt. Cf. Sibyll. 7. vv. 137. 154. 28

πάμπλουτος. Sib. 5. v. 260.

„*πάμπολις*, *ὁ*, *ἡ*, *νόμος*, *in allen Städten herrschend. Soph. Antigon.* 614, *nach dem Schol. παγκόσμιος*, *wo jetzt nach Heath πάμπολυ sehr viel steht.*" Sic Schneider in Lexic. Atque in hoc Sophoclis loco, quomodo *πάμπολις* cum *νόμος* conjungi possit,

equidem non video; Riemer vero vidisse videtur, omni suspicionis nota in lexico suo abolita. Verba Sophoclis sunt haec:

τό τ' ἔπειτα καὶ τὸ μέλλον
καὶ τὸ πρὶν ἐπαρκέσει
νόμος ὅδ', οὐδὲν ἕρπειν
θνατῶν βιότῳ πάμπολις ἐκτὸς ἄτας.

Neque tamen, quod nunc ubique receptum est, πάμπολύ γ' satis placere potest, quod quomodo significare possit, *quod nimium juvet*, ut Brunckius et Bothius verterunt, non apparet. Equidem olim tentavi παντελὲς, nihil in vita humana perfectum reddi posse absolutumque omnibus partibus, quin deorum ἄτη se immisceat intrudatque. Verum ut satis patet a Sophoclis loco nullum praesidium petere posse hanc vocem, quo se in lexicis tueatur, ita paulo firmius auxilium est eidem in auctoritate Sibyllae 5. v. 433. sqq. ita canentis:

αἴ αἴ σοι Βαβυλὼν χρυσόθρονε, χρυσοπέδιλε,
πουλυετὴς βασίλεια, μόνη κόσμοιο κρατοῦσα,
ἡ τὸ πάλαι μεγάλη καὶ πάμπολις οὐκέτι κείσῃ
οὔρεσιν ἐν χρυσέοις καὶ νάμασιν Εὐφρήταο,
στρωθεῖσ' ἐκ σεισμοῖο χρόνῳ κ. τ. λ.

Ceterum vulgata Sibyllae exempla habebant πουλιετὴς, εὐφρήτοιο, στρωθείσῃ σεισμεῖο, quod interpres pro στρωθήσῃ accepisse videtur.

29 πάμφημος. Zonar. s. v. πανομφαίῳ et hinc Phavorinus.
πανάϊστος. Sibyll. 3. v. 404. sed loco corrupto. Cf. 1. v. 186.
παναφανής. Eratosthen. catasterism. c. 23. pag. 18.
πανεπίθυμος. Polemon. Physiogn. 1, 9. p. 245. Franz.
πανθαύμαστος. Suid s. v. Ἀβραάμ.
πανόλβιστος. Sibyll. 3. v. 347.
πανομφής. Euseb. praepar. evang. 5, 8. p. 194. A. Viger.
παντελεήμων. Auctor de antiquitate urbis Constantinopolitanae apud Alemann. ad Procop. pag. 33.
παντοδίδακτος. In oraculo quod Lactantius affert 1, 7, 9. Versum ipsum dedit jam Schneider s. v. ὀλοίστροφος; sed prorsus ex codice Regiom. sanatum alibi proferemus.
παντοεπὴς ne sit dubium. Adamant. Physiogn. 2, 27. p. 428.
παντολμίας. Adamant. Physiogn. 1, 10. pag. 351.
παντολόγος. Polemon. Physiogn. 1, 9. pag. 245.
παντόμωρος legitur quidem apud Polemon. Physiogn. 1, 11.

pag. 250., verum loco valde suspecto. — Sed redeundum est ad Lactantium nostrum.

Ibid.

„*Et rursus in fine ejusdem carminis*,

αὐτὸν ἔδωκε θεὸς πιστοῖς ἀνδράσσι γεραίρειν“,

ubi *ἄλλον* C. *ἀνδράσι* A, B, C. *γεραινεν* A. In Sibyllinis exstat lib. 3. v. 774.

ἀλλ' ὃν ἔδωκε θεὸς πιστὸν ἄνδρα γεραίρειν,

ubi haec sunt Opsopaei verba „Mutilus est; sed qui e Lactantii libro 4. capite 16. restitui possit: *ἀλλ' ὃν ἔδωκε θεὸς πιστοῖς* 30 *ἀνδράσσι γεραίρειν*. Sic enim et apud Lactantium pro *αὐτὸν* legendum esse docet scriptura et interpretatio vet. membranae: ΛΜΟΗΕΔωΚΕ, *sed quem dedit*. Augustinus in oratione contra quinque haereses: *Audiamus quid Sibylla dicat. Alium, inquit, dedit Deus filiis hominum colendum etc.*“ Qua viri doctissimi annotatione plura docemur; primum, Augustinum, qui nunquam Sibyllinorum majori collectione usus videtur, sed tantum versus ab aliis laudatos, praesertim a Lactantio, novisse, *ἄλλον* in hoc loco legisse, modo, quod propter ceterum dissensum dubitari potest, ad hunc locum respexerit; tum vero codicem Puteani, quo Opsopaeus usus est, nostro simillimum ex uno forsan eodemque fonte fluxisse, sed non, quod quis suspicari possit, archetypon nostri esse; nam eandem lectionem aliis literarum ductibus repraesentat codex noster — aaloнeaωkai-θcΙΙctoicaнapeccitepaipeн, i. e.

αλλον εδωκαι θς πστοις ανδρεσσι γεραιρεν,

quod tum propter orationis nexum in libris Sibyllinis tum propter adjectam interpretationem (*sed quem dedit Deus fidelibus viris honorare*) sic est scribendum, ut Opsopaeus indicavit, modo *ἄνδρεσσι* pro *ἀνδράσσι*, quod vix Graecum, recipias ex optima codicis nostri scriptura.

Ibid.

„*Et alia Sibylla praecipit, hunc oportere cognosci:*

αὐτὸν σὸν γίνωσκε θεὸν, θεοῦ υἱὸν ἐόντα.“

Editiones Lactantii nihil variant. In Sibyllinis occurrit lib. 8. v. 329., ubi omnes *αὐτόν σου*, ubi Opsopaeus notat, *Augustinum* quoque in *orat. contra quinque haereses* *σὸν* agnoscere: „*Sibylla* 31 *dicit, Ipsum tuum cognosce Deum, Dei filium esse.*“ Sed quomodo

hoc demonstrare possit, eum σὸν non σοῦ legisse, non video. Cod. vero Lactantio quoque σοῦ reddit. Sic enim ille: aytoнcoytemωckeoнoyyueoнta, i. e.

αυτον σου γεμωσκε θν θυ υν εοντα

sive emendatius

αὐτόν σου γίνωσκε θεὸν θεοῦ υἱὸν ἐόντα.

Lib. IV. cap. 13. §. 21.

„*Jesse autem fuit pater David, ex cujus radice ascensurum esse florem, praelocutus est; eum scilicet de quo Sibylla dicit*, ἀνθήσει δ' ἄνθος καθαρόν.“

Nihil variant editiones Lactantii, praeter leviora sphalmata; neqne magis libri Sibyllini, ubi hic versus integer exstat 6. v. 8.; neque e codice Regiom. novi quicquam afferri potest.

Lib. IV. cap. 15. §. 9.

„*Et haec omnia non manibus, aut aliqua medela, sed verbo ac* (*aut* cod. Reg.) *iussione faciebat, sicut etiam* (*jam* c. R.) *Sibylla praedixerat:*

πάντα λόγῳ πράττων πᾶσάν τε νόσον θεραπεύων.“

In Sibyllinis 8. v. 272. versus sic concipitur:

πάντα λόγῳ πράσσων πᾶσαν νοῦσον θεραπεύων.

Opsopaeus ad. h. l. loci Lactantii meminit quidem, sed nullam ex suo cod. varietatem affert; cod. Regiomontanus vero πράσσων etiam Lactantio restitnit, in ceteris cum vulgata consentit. Sic enim scriptum est: ΠαнtaaotωΠaρaccωнΠacaнteнθcoнoθpa-Πeyωн, i. e.

παντα λογω παρασσων πασαν τε νθσον θθραπευων,

ubi vitia orthographica facile emendabis.

32 Ibid. §. 15.

„*Sed et Sibylla eadem cecinit his versibus*

νεκρῶν δὲ ἀνάστασις ἔσται

καὶ χωλῶν δρόμος ἔστ' ὠκὺς καὶ κωφὸς ἀκούσει,

καὶ τυφλοὶ βλέψουσι, λαλήσουσ' οὐ λαλέοντες.“

Sic praeter Bunemannum sola D ex nostris editionibus. Ceterae omnes secundo versu ἔστ' omittunt, A quoque ωρὸς (sic) pro ὠκὺς habet, in quo scripturae compendio vestigia verae lectionis latent. In versu tertio λαλήσουσιν οὐ λαλέοντες A, B, C. Reliqua vitia omitto. Sibylla 8. v. 205. sqq.

γαῖαν ἐρημώσει, νεκρῶν δὲ ἀνάστασις ἔσται,
χωλῶν δὲ δρόμος ὠκύτατος, καὶ κωφὸς ἀκούσει
καὶ τυφλοὶ βλέψουσι, λαλήσουσ' 'οὐ λαλέοντες,

ubi Xystus Betulejns ad primum versum haec habet: „hic versns erat mancus, quem ex Lactantio integrnm fecimus, hoc modo: *γαῖαν ἐρημώσει νεκρῶν δὲ ἀνάστασις ἔσται.*“ Reliqui editores nil notant, ut non appareat, quae primitns fuerit codicis Sibyllinorum depravatio. Ad secundum versum Opsopacus vero, allata vulgari apud Lactantium scriptura, addit: „*Sed vetus Lactantii membrana legit καὶ χωλῶν δρόμος ὠκύτατος.*“ Atqne sic quoque cod. Regiom., qui simnl turpem hiatum in versu primo tollit, пекωнасПаΛнастасicectaikχωаωнаромосωkitatockáikωcbo cakoyccikaitycbaoybaeyoyciaнaнcoycioyaΛaeoнtec, h. e.

νεκων δ' επαανασταςις) εσται*
κ χωλων δρομος ωκιτατος καὶ κωφος ακουσει
και τυφλοι βλεψουσι ληλησουσι ουλαλεοντες.

Hinc itaqne legendum patet

νεκρῶν δ' ἐπανάστασις ἔσται
καὶ χωλῶν δρόμος ὠκύτατος κ. τ. λ.

Primum hemistichium occurrit quoque Sibyll. 1. v. 355, ubi 33
scriptura codicis nostri firmatur.

Ibid. §. 18.

„*At id Sibylla futurum* (*futurum Sibylla*, codex Regiom.) *cecinerat olim: cuius versus tales feruntur:*

εἰν ἄρτοις ἅμα πέντε καὶ ἰχθύεσσι δυοῖσιν
ἀνδρῶν χιλιάδας ἐν ἐρήμῳ πέντε κορέσσει
καὶ τὰ περισσεύοντα λαβὼν μετὰ κλάσματα πάντα
δώδεκα πληρώσει κοφίνους εἰς ἐλπίδα πολλῶν,“

ubi *δυσὶν* A. *δοιοῖσιν* B, C; tum versu tertio *πάντα* deest in A, B, C. Occurrunt versus in Sibyllin. 8. v. 275. sqq. hoc modo scripti:

ἐκ δ' ἄρτων ἅμα πέντε καὶ ἰχθύος εἰναλίοιο
ἀνδρῶν χιλιάδας ἐν ἐρήμῳ πέντε κορέσσει,
καὶ τὰ περισσεύσαντα λαβὼν ἅμα κλάσματα πάντα
δώδεκα πληρώσει κοφίνους εἰς ἐλπίδα λαῶν,“

ubi versu primo et qnarto veterem Lactantii codicem cum

---

*) bis in hoc fragmento, *Λ* pro *α* occurrit.

lectione Sibyllinorum convenire Opsopaeus notat. Idem tacite ex suo Lactantii codice et auctoritate Sibyllae alio in loco 1. v. 357. *ἰχθύος εἰναλίοιο* scripsit. Nam edit. I et II hoc in versu manci sunt, *ἰχθυαλιοῖο* scribentes. Codicis Regiomontani scriptura Opsopaei lectionem confirmat; ektaptωнaмallentekaix θoecinaΛioioaнapωнxeiaiΛaaceneрнмωllentekopeeceikaitallepic eioнtaΔabωнмetakaacмatalltautaaмaekallanpuceikoebinoyceieн eallіΛмωн, h. e.

εκ τ αρτων αμα πεντε κα ιχθος σιναλιοιο
ανδρων χειλιαδας εν ερημω πεντε κορεσσει
και τα περισειοντα δαβων μετα κλασματα πταντα
δμδεκα πληρωσει κοφινους εις η ελπιδ λαων.

Observamus h. l. rariores quasdam literarum confusiones, м
34 pro ω, u pro ω, n pro *η*, м pro *λα*, aliasque. Abundat *τ* in *πταντα*, et *η* ante *ελπιδ*. Sed aperte tamen totum locum apud Lactantium sic constituendum iubet codex:

ἐκ τ' ἄρτων ἅμα πέντε καὶ ἰχθύος εἰναλίοιο
ἀνδρῶν χιλιάδας ἐν ἐρήμῳ πέντε κορέσσει
καὶ τὰ περισσεύοντα λαβὼν μετὰ κλάσματα πάντα
δώδεκα πληρώσει κοφίνους εἰς ἐλπίδα λαῶν.

Primus vero versus, ut libere sententiam meam proferam, mutatus a quodam videtur in vulgatis Lactantii exemplaribus, qui verebatur, ne singularis, *ἰχθύος*, de uno pisce intellectus, fidei sacrae scripturae abrogaret. Atque hinc quoque profecta est interpretatio latina, quam codex noster habet: „*et de panibus quinque simul et piscibus marinis hominum millia in eremo quinque saturabit et collectis reliquiis fragminum omnium duodecim replebit* (nota varietate *saturauit* et *repleuit* habet codex) *cophinos in spe populorum.*“

Ibid. §. 24.

„*Quid, quod eadem Sibyllae carminibus suis ante docuerant, quarum una, cuius supra* (*supra* deest in C. R.) *fecimus mentionem, sic ait:*

τοὺς ἀνέμους παύσει τε λόγῳ στρώσει δὲ θάλασσαν
μαινομένην ποσὶν εἰρήνης πίστει τε πατήσας.“

Multis mendis inquinata sunt haec verba in antiquis editionibus; sufficiat ut specimen, scripturam editionis A afferre, *τους αηεμουσ πανσει λογως τρωσει δαταλασσον μαινομενην τοσ ινε ηρηνησ*

πισει τεπατησας, ubi tamen emendatis orthographicis vitiis nullam lectionis varietatem exsculpas, nisi quod *τὲ* ante *λόγῳ* deest. Eadem vocula deest quoque in B, C, quae praeterea versu sequenti *ἐν ποσὶν* habent. In Sibyllinis, ubi hi versus leguntur 8. v. 273. sq., a vulgata Lactantii scriptura non receditur, nisi quod *στορέσει* omnes editiones et *εἰρήνῃ* I, II, quod 35
Opsopaeus tacite mutasse videtur. Codex noster vulgatam scripturam confirmat, τoycaнeмoycΠayceieaotωetpωciaeθaaaceaн мeнoмeнннΠocineiΠнне|Πicteitellatнcac, h. e.

τους ανεμους πανσει ε λογω στρωσι δε θαλασσαν
μενομενην ποσιν ειπνης πιστει τε πατησας,

ubi in *τὲ* prima litera excidit *), in *εἰρήνης* *ρ* excidit et pro primo н scriptum est Π. Cetera vitia leviora sunt.

Ibid. §. 25.

„*Et rursus alia, quae dicit*

κύματα πεζεύσει, νόσον ἀνθρώπων ἀπολύσει,
ζήσει τεθνηῶτας, ἀπώσεται ἄλγεα πολλοῖς,
ἐκ δὲ μιᾶς πηγῆς ἄρτου κόρος ἔσσεται ἀνδρῶν,"

ubi, ut hoc obiter moneamus, Cellarius aliique *ζήσει* vertunt *vivificabit!* In his versibus *δὲ* ante *μιᾶς* omittunt A, B, C; tum *χόρτος* pro *κόρος* A. cf. Sibyll. 6. v. 13. sqq.

κύματα πεζεύσει, νούσους δ' ἀνδρῶν ἀπολύσει
στήσει τεθνεότας κἀπώσεται ἄλγεα λυγρά,
ἐκ δὲ μιῆς ῥίζης ἄρτου κόρος ἔσσεται ἀνδρῶν,

ubi *νόσους* I, II. Sed audiamus Opsopaeum: „*Lactantius hos tres versus allegat lib. IV. cap.* 15. *differente nonnihil scriptura; nam in primi hemistichio posteriori est*, *νόσον ἀνθρώπων ἀπολύσει. secundus ita habet*, *ζώσει τεθνηωτας* [*ζώσει* in nullo Lactantii exemplari reperi] *ἀπώσεται ἄλγεα πολλοῖς*, *ubi in vet. Lactant. membrana reperi* *στήσει*, *resurgere faciet*, *pro* *ζώσει* *et* *πολλὰ* *pro* *πολλοῖς*. *Tertius convenit*, *voce* *πηγῆς* *excepta*, *quae hic* *ῥίζης* *est*. *Sed si optimo Lactantii exemplari credimus*, *neutra valet*. *Exhibet enim* 36
illud *ἐκ δὲ μιῆς πήρης ἄρτον* *cum interpretatione*, *et de pane unius perionis*. *Imo haec scriptura confirmatur Lactantii verbis*, *ibidem praemissis*: *Vocavit discipulos suos*, *quaerens*, *quantos secum gestarent cibos*: *At illi quinque panes et duos pisces in pera se habere*

---

*) nisi *παύσειε* scribendum i. e. *παύσει*; cf. statim ad §. 29.

dixerunt." Nonne indignum est has Opsopaei notas, iam ante duo saecula et quod excurrit scriptas vulgatasque prorsus neglectas esse a Lactantii editoribus? In omnibus vero verbis noster quoque codex Opsopaei scripturam confirmat. Ita enim ille: kyмataΠeξeicinoccианθpωΠωнaΠoayccictнceiteθнιωtacaΠωcetai aΛteaΠoaΛaecacмiнcΠιpнcaptoykopoceccetaiaнΔpωн, h. e.

κυματα πεξευσι νοσσν ανθρωπων απολυσει
στησει τεθνηωτας απωσεται αλγεα πολλα
ες) δε μιης πηρης αρτου κορος εσσεται ανδρων*,

quae levissime tantum immutata veram Lactantio scripturam restituent. — Operae pretium praeterea duxi observare ultimum versum in veteribus Lactantii editionibus A, B, C, sic Latine versum esse, *ex vivo autem fonte potus* (*panis* B) *satietas erit viris.*

Ibid. §. 29.

„*Denique Erythraea fore ait, ut diceretur insana et mendax. Ait enim.* (Etenim sine *ait* C. R.)

φήσουσι Σιβύλλην
μαινομένην ψεύστριαν· ἐπὰν δὲ γένηται ἅπαντα
τηνίκα μου μνήμην ποιήσετε, κ᾽ οὐκ ἔτι μ᾽ οὐδεὶς
μαινομένην φήσει με θεοῦ μεγάλοιο προφῆτιν,"

37 ubi *φήσουσι* deest in C. *καὶ οὐκέτι μὲ οὐδεὶς* A, C. *φήσει τὴν θεοῦ* A, B, C. *προφητην* A, ut cetera portenta omittam. Versus exstant in Sibyllin. 3. v. 814. sqq.

φήσουσι Σίβυλλαν
μαινομένην, ψεύστειραν· ἐπὴν δὲ γένηται ἅπαντα,
τηνίκα μου μνήμην ποιήσετε κ᾽ οὐκ ἔτι μ᾽ οὐδεὶς
μαινομένην φήσειε θεοῦ μεγάλοιο προφῆτιν,

ubi I et II *μεγάλην δὲ προφῆτιν*. Opsopaei nota obscura est. „*Lactantii codices habent φείσει με θεοῦ. Sed tum prius μ᾽ in δ᾽ mutandum erit, ut monstrat reg. cod.*" Loquitur de pluribus Lactantii codicibus; editos itaque ni fallor intellexit; sed in nullo edito praeter D et Bunem. *με* inveni; vetera exemplaria habent *τὴν θεοῦ*. Praeterea regius ille codex, quo auctore *μ᾽* in *δ᾽* mutandum suadet, codex est carminum Sibyllinorum. Verum *δ᾽* eo loco stare nequit. De Puteani codice prorsus tacet; videamus itaque scripturam codicis Regiomontani: євнсоусісі

---

*) hic quoque *σ* et *κ* confusa.

bayммmaiномcннψεicteiранеПанаеΓенntaiaПaпtaннikaмoyмнuм ннПoyнcateyketimoiacycмaiномeннcbнceieθiмetaaПoПpocbнtiн, h. e.

φησουσι Σιβαυλλαν*)
μαινομενη ψευστειραν επαν δε γενηται απαντα
ηνικα μου μνημην ποιησατε υκετι μουδεις
μαινομενη φησειε θυ**) μεγαλοιο προφητιν.

Bis abiectnm vides ɴ finale. Restitues itaque Lactantio σίβυλλαν pro σιβύλλην; tum ψεύστειραν, pro ψεύστριαν, quod vel propter metrum emendandum erat, ἡνίκα pro τηνίκα, ποιήσεται οὐκέτι pro ποιήσετε κοὐκέτι, et φήσειε pro φήσει με. Sensus 38 enim est: „Dicent Sibyllam insanam, mendacem; ubi vero omnia, quae praedixi, implcta fuerint, tum si quis mei mentionem faciet, non amplius insanam dicet me vatem magni dei." In his vides, me in omnibus codicis scripturac esse obsecutum, nisi quod ποιήσεται pro ποιήσατε scripsi; quod pluribus cx causis feci, tum quia secunda persona hic minus conveniens est, inter φήσουσι et οὐδείς, tum quia Graece dicitur ποιεῖσθαι μνήμην, tandem quoniam κ' illud, hiatui vitando insertum, sed maxime importunum, a codice prorsus abest. Atque ni fallor ipsa veterum editionum scriptura ποιήσετε καὶ nil est, nisi ποιήσεται. Quod ad φήσειε attinet, hoc pro φήσει dictum est, quem hujus optativi usum apud seriores num alii jam animadverterint, nescio. Sic 2. v. 237 sq.

καὶ πάλιν ὥς ἔφθειρεν ἐνὶ φλογὶ σαρκοφάγον πῦρ,
καὶ ταύτας ἐπὶ βῆμα θεοῦ σ τ ή σ ε ι ε ν ἀγείρας.

ibid. v. 285. sq.

ὀργὴ ἐπουρανίοιο καὶ ἀφθάρτοιο θεοῖο
κίονι π ρ ο ς π ε λ ά σ ε ι ε ν.

lib. 3. v. 258. sqq.

καὶ ἣν ἄρα τις παρακούσῃ,
ἠὲ νόμῳ τ ί σ ε ι ε δίκην ἢ χερσὶ βροτείαις,
ἠὲ λαθὼν θνητοὺς πάσῃ δίκῃ ἐξαπολεῖται.

ibid. v. 500. sqq.

τοὔνεκ' ἄρ' αὐτοὺς
ἐκπάγλως πληγαῖσι δαμάσσειεν παρὰ πᾶσαν
γαῖαν καὶ πικρὴν μοῖραν πέμψει θεὸς αὐτοῖς.

*) tam λλ, quam αν per м expressum est.

**) i ut saepius pro υ scriptum; mox in μεγάλοιο coaluit οι in Π.

[Addantur 3. v. 757. 760. Nicet. Eugen. 5, 186. 6, 512. 9, 42. 86. Achill. Tat. 6, 17. p. 99.] Atque sic supra §. 25. codicis scripturam τοὺς ἀνέμους παύσειε λόγῳ defendi posse, jam diximus. cf. quoque infra ad 7, 18, 7. Ceterum ψεύστειρα quod Lactantio restituimus in lexicis deest; ψεύστρια, quod antea fuit, per se non minus bonae notae est; quamquam et
39 ipsum in lexica nondum receptum; ambo quippe proficiscuntur a ψευστήρ. Adde praeterea Lexicis ἀγγελτὴρ Sib. 2. v. 214. 7. v. 33. (ubi pro διαγγελτῆρες legendum δὴ ἀγγελτῆρες.) ἀγγέλτρια ibid. 8. v. 117. ἄγκτειρα Zoroast. oracul. magic. pag. 78. ἀλφηστὴρ Sibyll. 1. v. 98. βρυτὴρ Naucrat. in epistola, quam servavit Cave hist. literar. pag. 438. θηρατήριος Soph. fragm. ap. Athenaeum 13. p. 564. ἰητήριος, ionice pro ἰατήριος, Quint. Smyrn. 7, 61. ἰητορίη i. q. ἰατορία, Euseb. praepar. evang. 3, 14. p. 124. A., ubi primam correptam habet, quod in ionica forma secus esse solet. Atticos primam corripere notat Draco Stratonic. pag. 51. apposito Aristophanis exemplo. ἰχνευτὴρ Oppian. Cyneget. 1, 76. κακοῤῥέκτειρα Sibyll. 3. v. 753. sic enim pro κακοῤῥήτειρα scribendum. κερδαντὴρ Sibyll. 7. v. 136. κραυγάστρια Hesych. T. 2. p. 591. s. v. μηκάδες. κρυπτήριος Pausan. 8, 42. T. 2. p. 482. Fac. κρυωτήριον Grammat. Mscr. in bibl. Medicea apud Ruhnken. ad Tim. pag. 297. μαιεύτωρ Oracul. de Plotin. apud Gall. pag. 9., ubi male μαιήτορες scriptum. Respexit sine dubio poëta ad Socratis artem obstetriciam. μαστικτὴρ Sibyll. 2. v. 345.; ubi sequenti versu pro ἀναιδέα π ρ η ΐ ξ α σ α ν, nisi ita hebetem Sibyllam fuisse dicas, ut, quemadmodum θρήϊκες et θρᾷκες, ῥηϊδίως et ῥᾳδίως, sic quoque πρηΐξαι et πρᾶξαι dici posse crediderit, facile rescribas ἀναιδέα π ε ρ π ρ ή ξ α σ α ν. μηνύτρια Man. Phil. 5, 645. pag. 200. Wernsd. νεωδηγήτρια, i. e. νέα ὁδηγήτρια, Wernsdorf ad Man. Phil. pag. 90. 91. ex Montefalconii palaeographia pag. 396. πολιήτωρ Sibyll. 5. v. 4. σκώπτρια Procop. histor. arcan. pag. 41. Alem. ψυχώτρια Theodor. prod. p. 378. Sed χρησμήτωρ Sibyll. 4. v. 4. et χωρηγητὴρ ibid. 7. v. 90. corrupta sunt.

40 Lib. IV. cap. 16. §. 17.

„*Sibylla eodem modo locuta est:*

οἰκτρὸς, ἄτιμος, ἄμορφος ἐν οἰκτροῖς ἐλπίδα δώσει,“

ubi A οικτοις pro οἰκτροῖς. C vero perquam multis vitiis scatet.

Versus occurrit in Sibyll. 8. v. 257. inter duos alios mutilos οὐδὲ γὰρ ἐν δόξῃ ἄλλως, et καὶ φθαρτῆς σαρκὸς μορφῇ etc. (dedimus locum supra ad 2, 12, 20.) Sed ut ex Betuleji et Opsopaei notis apparet, etiam hic versus in codice Sibyllinorum mutilus fuit, suppletus e Lactantio, „*in quo*" haec sunt praeterea Opsopaei verba, „*vetusta Puteani membrana a communi lectione differt, ut ex interpretatione addita colligitur*, ἵν' οἰκτροῖς ἐλπίδα δώσῃ, *ut miseris spem praebeat**)." Atqui editiones jam veteres Lactantii hanc additam habent interpretationem: *miserabilis, ignominiosus, informis, ut miserabilibus spem praebeat*, ut eos quoque non ἐν sed ἵν' legisse pateat. Neque aliter cod. Regiom. oiktpocattмocʌмopcbociнoiktooiccaIIaaaωcei, i. e.

οικτρος αττμος αμορφος ιν οικτοοις ελπδα δωσει,

hac addita interpretatione, *miserabilis*, *inhonestus*, *infirmus* (pro *informis*) *ut miseris spem praebeat*. Restituendum itaque ἵν' pro ἐν Lactantio, sed retinendum δώσει. Nam δώσῃ vix credo Puteani codicem dedisse, sed ab Opsopaeo sic correctum est, ut legitimum conjunctivum post ἵνα inferret. Sed ἵνα cum indicat. futuri conjunctum quis nescit? Neque Sibyllae barbarum δώσῃ erat obtrudendum (ut ἀνταποδώσωσιν Andronic. Rhod. Ethic. Nicom. pag. 172. μεταγράφῃς καὶ θήσῃς Arist. de LXX. interpr. V. D. p. 195.). Similiter Matthaei θήσωμεν pro θήσομεν rescripsit in *Planudis interpretatione Graeca loci auctoris ad Herennium de facultate memoriae, arte et studio perficienda*. Mosquae. 41
a 1810 edita. pag. 8. Sed ejusmodi librariorum et editorum erroribus immorari nunc non vacat. Pergamus.

Lib. IV. cap. 17. §. 4.

„*Illa enim prior lex, quae per Moysen data est, non in monte Sion* (*Syon* cod. R.) *sed in monte Oreb.* (*Choreb.* c. R.) *data est, quam Sibylla, fore ut a filio Dei solveretur, ostendit:*

ἀλλ' ὅτε ταῦτ' ὧν ἅπαντα τελειωθῇ, ἅπερ εἶπον,
εἰς αὐτὸν πᾶς λύσεται νόμος,"

ubi ἀλλ' ὅτε ἂν A, B, C. ταῦτα ἅπαντα. A, C. Hoc ἂν ante ταῦτα in omnibus tribus veteribus editionibus magno mihi est

---

*) Sparkius, quod mireris, hoc in loco lectionem codicis Puteani in nota affert.

documento, fluxisse veteres editiones e codicibus, qui in Graecis eandem scribendi rationem observarent, quam codex Puteani et Regiomontanus; quod cur credamus, statim patebit. Apud Lactantium in secundo versu metrum violatur. Sed Sibyllina oracula sic locum exhibent S. v. 299. sq.

ἀλλ' ὅτε ταῦτά γε πάντα τελειωθῇ, ἅπερ εἶπον,
εἰς αὐτὸν τότε πᾶς λύεται νόμος κ. τ. λ.

ubi Opsopaeus de codicis Puteani lectione nil memorat. Atqui secundus versus prorsus ita legitur in codice Regiom., sed de priore nova exoritur disputatio. Sic enim scriptum est: амот eantaytaaΠantateaeiωeнaΠepeiΠoнeicaytoнtoteΠacayetaiнoмoc, quod sic lego

αλλ οτε δη ταυτα απαντα τελειωθη απερ ειπον
εις αυτον τοτε πας. λυεται νομος.

De secundo itaque versu non dubium esse potest, quin lectio Sibyllinorum Lactantio restituenda sit. In primo vero versu vox tertia erat ан, quam δὴ significare credimus. Sed eadem quoque ἂν legi posse, non negabo, ut veteres editiones eam
42 legisse perspicuum est. Cur δὴ praeferri debeat, nemini dubium esse potest. Sed nondum sic persanatus locus est. Scribo:

ἀλλ' ὅτε δὴ τάδ' ἅπαντα τελειωθῇ, ἅπερ εἶπον,
εἰς αὐτὸν τότε πᾶς λύεται νόμος.

Quoties *ταῦτα* et *τάδε* confusa fuerint, non hujus loci est docere.

Lib. IV. cap. 18. §. 15.

„*Sibylla quoque eadem futura monstravit* (*demonstravit* cod. R., sed praepositionem lineola transversa delevit librarius):

εἰς ἀνόμους χεῖρας καὶ ἀπίστων ὕστερον ἥξει,
δώσουσι δὲ θεῷ ῥαπίσματα χερσὶν ἀνάγνοις,
καὶ στόμασιν μιαροῖσι τὰ πτύσματα φαρμακόεντα,
δώσει δ' εἰς μάστιγας ἁπλῶς ἁγνὸν τότε νῶτον,“

ubi versu tertio *μιαροῖσιν* omisso *τὰ* A, B, C; tum *νῶτον* omittit C. Tandem *ἀνόμων* legendum pronunciat D. In Sibyllinorum collectione versus hi bifariam distracti leguntur. Duo priores S. v. 287. sq. p. 738. ubi nihil variat nisi *ἀνόμων* (sed *ἀνόμους* quoque cod. August. apud Betulejum), *ὕστατον*, et *καὶ δώσουσι*. Duo posteriores vero pag. 735., statim post eos versus, quos supra 4, 15, 18. attulimus, sic vero leguntur:

εἰς ἐκπτύσματα φαρμακόεντα παρειὰς αὐτοῦ
δώσει, κ' εἰς μάστιγας ἁπλώσει θ' ἁγνὸν νῶτον,

ubi Opsopaeus notat, in regio codice manifesta defectus nota legi tantum ἐκπτύσματα φαρμακόεντα. Praeterea vulgatam Lactantii scripturam affert, ubi jam τὰ πτύσματα citat. De codice Puteani prorsus tacet. Codex Regiom. haec habet: eicaномоycxeipackiaΠictωнcteροнξeiaωнcteσiнaeθωpaΠicмataxepciaнatнoyckaictoмacinмiapoyceнΠticмatacbapмakocнtaaωeciaeicмactitacaΠaωcatнoнtoteнωtoн, h. e.

εις ανομους χειρας και απιστων στερο ηξει 43
δωησтεσιν δε θω ραπισματα χερσι αναγνοις
και στομασιν μιαροις ενπτησματα φαρμακοεντα
δωσει δ' εις μαστιγας απλως αγνον τοτε νωτον,

ubi mira est corruptio δωησтεσιν pro δώσουσιν, quod pro δώσουσι, Lactantio reddendum. Praeterea vides μιαροις εν πτυσματα a veteribus editoribus immutatum esse in μιαροῖσιν πτύσματα; mihi vero potius ob notam literarum н et κ confusionem et auctoritatem collectionis Sibyllinorum versuum legendum videtur μιαροῖς ἐκπτύσματα. Vulgata certe, μιαροῖς τὰ πτύσματα stare nequit. Tandem quamquam ἀνόμους noster etiam codex confirmat, praefero tamen ἀνόμων propter adjectum ἀπίστων.

Ibid. §. 17.

„*Et Sibylla supra dicta:*
καὶ κολαφιζόμενος σιγήσει, μή τις ἐπιγνῷ
τίς λόγος, ἢ πόθεν ἦλθεν, ἵνα φθιμένοισι λαλήσῃ,
καὶ στέφανον φορέσει τὸν ἀκάνθινον.“

In A desunt duo priores versus. Reliqua lectionis varietas non magni momenti est, nisi quod τίς τίνος ὢν· πόθεν ἦλθεν in Sibyllinis libris reperitur, 8. v. 293. Augustinus vero Lactantii lectionem expressit; notante Betulejo. Codex quoque noster vulgatam scripturam confirmat, nisi quod λαλήσῃ pro λαλήσει cum edition. C exhibet. Contra φορέσῃ praebet edit. B. Non opus est diutius his immorari.

Ibid. §. 19.

„*Idem hoc futurum etiam Sibylla concionata est:*
εἰς δὲ τὸ βρῶμα χολὴν κ' εἰς δίψαν ὄξος ἔδωκαν,
τῆς ἀφιλοξενίης ταύτην δείξουσι τράπεζαν.“

44 Neque in editis Lactantii exemplaribus neque in scripto praeter vitia orthographica quicquam reperies, quod operae pretium sit. Sibyllina oracula ipsa ita locum variant 8. v. 303. sq.

εἰς δὲ τὸ βρῶμα χολὴν καὶ πιεῖν ὄξος ἔδωκαν,
τῆς δὲ φιλοξενίης ταύτης τίσουσι τράπεζαν,

quod saltem non melius est lectione a Lactantii exemplaribus servata. Ceterum τὸ ante βρῶμα operarum tantum incuria in Opsopaei editione excidisse videtur; nam editio princeps articulum agnoscit. Gallaeus suo more errorem propagavit.

Ibid. §. 20.

„*et alia Sibylla Judaeam his versibus increpat* (*increpat versibus* C. R.):

αὐτὴ γὰρ σὺ ἄφρων τὸν σὸν θεὸν οὐκ ἐνόησας
παίζοντ' ἐν θνητοῖσι νοήμασιν, ἀλλὰ κ' ἀκάνθαις
ἔστεψας στεφάνῳ φοβερήν τε χολὴν ἐκέρασας,“

ubi pro ἐρίτιμον, quod codex Regius Opsopaeo obtulerat, editio princeps corrupte περίψιμον legit. Sed pro εἴπερ rectius legi apud Lactantium videtur εὖτ᾽ ἂν propter sequentem conjunctivum. Interpretatio Latina haec est: *Neque perdet, irae autem parcet, cum omnes pietatem ex animo praecipiatis.*

Ibid. §. 8.

„*Denique alia Sibylla coelestium terrenorumque genitorem diligi oportere denunciat, ne ad perdendos homines indignatio ejus insurgat:*

μήποτε θυμωθεὶς θεὸς ἄφθιτος ἐξαπολέσσῃ
πᾶν γένος ἀνθρώπων, βίοτον καὶ φῦλον ἀναιδές·
δεῖ στέργειν γενετῆρα θεὸν σοφὸν αἰὲν ἐόντα".

Edita exemplaria nihil variant, nisi quod αἰὲν omittunt A et C. Si vulgata lectio retinenda est, βίοτον καὶ φῦλον ἀναιδές appositionem continent, ad πᾶν γένος ἀνθρώπων referendam. Neque aliter recentiores Sibyllinorum editiones hos versus exhibent, locumque ad hunc sensum sic interpretatus est Castalio:

Ne deus aeternus succensens deleat olim
Omne genus, vitamque hominum stirpemque nefandam.

Verum in editione principe longe aliter hi versus concepti et confusi sunt hunc in modum:

μήποτε θυμωθεὶς θεὸς ἄφθιτος ἐξαπολέσῃς,
δεῖ στέργειν γενετῆρα θεὸν σοφὸν αἰὲν ἐόντα,
μὴ γένος ἀνθρώπων βίοτον καὶ πάντας ὀλέσσῃ.

Cum Opsopaeus de mutata lectione taceat, nihil definire possum, unde lectio Lactantii in textum Sibyllinorum venerit. Neque magis mihi patet, unde Betuleji nota, quam Gallaeus suae editioni inseruit, excerpta sit. Ex editione enim Sibyllinorum non venit; in Lactantii vero editione, quam Betulejus curavit, ejusmodi nota locum habere non potuit. Interpretatio Latina, quae in editis Lactantii exemplaribus exstat, confusionem hanc etiam auget: *Ne forte iratus incorruptibilis deus omne genus hominum perdat, vitam tribuens improbam: oportet enim genitorem deum amari, qui plenus est et sapiens.* Sed cum pro *vitam tribuens improbam* codex Regiomontanus habeat *vitam tributum improbam*, vide ne fuerit, *vitam tribumque improbam*, quod vulgatam lectionem prorsus confirmat.

Ibid. §. 12.

„*Apollo Milesius de Judaeorum religione consultus*, *responso hoc* (*haec* cod. Reg.) *indidit*:

ἠδὲ θεὸν βασιλῆα καὶ γεννητῆρα πρὸ πάντων,
ὃν τρέμεται καὶ γαῖα καὶ οὐρανὸς ἠδὲ θάλασσα,
ταρτάρεοί τε μυχοὶ καὶ δαίμονες ἐκφρίττουσιν."

Sic hos versus citat jam Betulejus, qui eos nescio cur inter fragmenta Sibyllinorum retulit. In veteribus editionibus deest καὶ ante γαῖα; tum legitur ἐκτηδε θάλασσα in C, ἀποφρίττουσιν in A, ὀφρίττουσιν in C. Vix in verbis quisquam haerere hic potest. Suspicor tamen fuisse οἶδε θεὸν κ. τ. λ. relatum ad gentem Judaeorum. Interpretatio Latina haec est: *regem autem et genitorem ante omnia: quem terra contremiscit, coelumque et mare; et latebrae tartareae et daemones abhorrescunt.*

---

4. ORACULA SIBYLLINA.

Prooem. v. 44. οὔρεά θ' ὑψήεντα ἀέννaα χεύματα πηγῶν.
Opsopaeus, qui ὑλήεντα voluerat, errorem ipse retraxit; editum est etiamnum ὑλήεντα; cf. 3. v. 777.

οὔρεά θ' ὑψήεντα καὶ ἄγρια κύματα πόντου.

v. 46. ἑρπετὰ δὲ γαίης κινούμενα ψυχοτροφεῖ τε
scribendum de Deo summo, omnium rerum creatore. Hinc Sibylla 5. v. 499:

ψυχοτρόφον γενετῆρα, θεὸν μέγαν, αἰὲν ἐόντα.

v. 48. lego:

ξουθὰ, λιγυπτερόφωνά τ' ἐρέσσοντ' ἀέρα ταρσοῖς.

v. 59. sq. ἄνθρωποι, τί μάτην ὑψούμενοι ἐκριζοῦσθε;

αἰσχυνθῆτε γαλᾶς καὶ κνώδαλα θειοποιοῦντες.

Auratus legit ἐκφυσιοῦσθε; sed scribe ἐκριζοῦσθε, quod Latinus interpres expressit *stirpitus peritis*. Praeterea scribendum est αἰσχύνθητε, quod imperantis est.

Lib. I.

v. 150. Ἄνδρες ἀπιστόκοροι, μεγάλῳ βεβολημένοι οἴστρῳ.

v. 177. ψεῦσται, ἀπιστόκοροι, κακοπράγμονες, οὐδὲν ἀληθές.

v. 329. ἠδ' ἑκατοντάδας ὀκτὼ, ἀπιστοκόροις ἀνθρώποις.

Vox ἀπιστόκορος mihi prorsus incognita est. Aurati atque Opsopaei explicationes non placere possunt. Ille enim explicuit, *corde increduli*, quasi ab ἄπιστος et κέαρ, unde Latinorum *cor* deductum sit. Opsopaeus vero rectius verti posse arbitratur *progeniem* sive *germen incredulum*, et in ἄπιστος atque κόρος, quod Galeno, Hesychio et Suidae νέον βλάστημα, *novellum germen*, significat, resolvi. Haec sane ad vocem hanc explicandam nihil faciunt; neque quidquam praesidii est in variis lectionibus, nisi quod in secundo loco, quem produximus, Gallaei codex praebet ἀπιστόφυλοι, quomodo in omnibus exemplaribus lib. 8. v. 186., ubi idem versus iterum exstat, legitur. Ego nihil definio. Hoc certum est, *infidos* vocabulum hoc significare.

v. 176. ἁρπασιαῖοι τύραννοι, ἁμάρτωλοί τε βίαιοι.

Auratus primum vocabulum in ἁρπάγιμοί τε et Turnebus in ἁρπάλεοί τε mutatum voluerunt; corruptum esse metrum ostendit. Sed codex Gallaei praebet ἀστασίησι τύραννοι, quod, quamvis non satis mihi intellectum, confirmatur lib. 8. v. 135., ubi sine varietate versus ita scriptus reperitur.

v. 217. sqq. σὺν δ' ἔβαλεν νεφέλας, κρύψεν δὲ παραυγέα δίσκον,

σὺν δ' ἄστροις μήνην καὶ οὐράνιον στεφάνωμα

πάντα περισκεπάσας, μεγάλ' ἔκτυπε,

in quorum versuum secundo μήνην τε καὶ scribendum foret, si cum alio scriptore res nobis esset. Sic paulo ante, eodem τὲ omisso,

καὶ τότε δ' αὖ ἄλοχος, καὶ υἱέες ἠδέ γε νύμφαι

οἴκῳ δουρατέῳ εἰςήλυθον αὐτὰρ ἔπειτα
βῆσαν τἄλλα ἕκαστ' ὅσαπερ θεὸς ἤθελ' ἐρύξαι.

ubi praeterea εἰςήλυθον pro ἐςελήλυθον, tum βῆσαν τἄλλα pro βῆσάν τ' ἄλλα et ἤθελ' ἐρύξαι pro ἤθελε ῥέξαι scripsimus.

v. 222. sqq. οὐρανόθεν μεγάλων ἀναοιγομένων καταρακτῶν
καὶ μυχέων γαίης καὶ ἀβύσσου ἀκαμάτοιο
ὕδατα μυριόεντα φάνη, •

ubi ἀναοιγομένων dedi pro ἀνεοιγμένων, quod editus habet codex, et ἀνοιγομένων, quod in codice regio exstat. Tum vero μυχέων scripsi pro ἀμέτρῳ μυχῶν, ut jam tertiam auctoritatem vocis μυχή habeamus, quam vix mihi eripi patiar (cf. Suppl. Lexic. Schneider. s. v.).

v. 287. sqq. sic restituendos esse credo:

ὦ γενεῆς ἕκτης πρῶτον γένος, ὦ μέγα χάρμα,
ἧς ἔλαχον μετέπειθ', ὁπότ' ἔκφυγον αἰπὺν ὄλεθρον,
πολλὰ κλυδωνισθεῖσα, πόσει σὺν καὶ δαέρεσσιν,
ἠδ' ἑκυρῷ θ' ἑκυρῇ θ' ὁμονύμφοις αἰνὰ παθοῦσα.

v. 324. sqq. In aenigmate numerali, quo nomen Ἰησοῦς exprimitur, aliquid corrigendum se offert:

Δὴ τότε καὶ μεγάλοιο θεοῦ παῖς ἀνθρώποισιν
ἥξει σαρκοφόρος, θνητοῖς ὁμοιούμενος ἐν γῇ.
τέσσαρα φωνήεντα φέρει· τὰ δύ' ἄφωνα ὃν αὐτῷ
δισσῶν ἀγγέλων· ἀριθμὸν δ' ὅλον ἐξονομήνω.

Quae codices varient, quae alii conati fuerint, longum est enarrare; ego Aurati quidem lectionem hactenus probo, ut quae horum verborum esse debeat sententia, perspexisse mihi videatur; verum correctio ejus non Graeca est; lego:

τέσσαρα φωνήεντα φέρει· δύ' ἄφωνα δ' ἐν αὐτῷ
δισσὸν ἓν ἀγγέλλοντ',

i. e. nomen Jesus habet quatuor vocales ι, η, ο, υ et duas consonantes literas, sed haec est eadem, quae bis recurrit, τὸ σίγμα. Duae illae consonantes bis idem significant.

v. 351. sqq. καὶ τότε δὴ νοσεροὺς ἰήσεται, ἠδ' ἐπιμώμους
πάντας, ὅσοι τούτῳ πίστιν ἐνὶ ποιήσονται.
βλέψουσιν δέ τε τυφλοὶ, ἀτὰρ βαδιοῦσί τε χωλοὶ,
κωφοί τ' εἰςαΐσουσι, λαλήσουσ' οὐ λαλέοντες.

ἐπίμωμοι, a νοσεροῖς diversi, ii esse videntur, qui externo corporis quodam vitio laborant. Respexit Sibylla sine dubio ad

Matth. Evang. 15, 30. 31. Ceterum *δέ τε τυφλοί* scripsi ex cod. Reg. ubi *δέ γε τυφλοί*; vulgo legitur omissa media voce *δὲ τυφλοί*.

LIB. II.

v. 13. sq. *καὶ καρποὶ λείψουσιν, ἐλευθεροπραξία δ' ἔσται*
πλείστοις ἐν μερόπεσσι, καὶ ἱεροσυλία ναῶν.

Notanda sunt vocabula *ἐλευθεροπραξία* et *ἱεροσυλία* ultima correpta contra regulam; cf. Spitzner de vers. Graecc. her. p. 30.

v. 71. sqq. *σπέρματα μὴ κλέπτειν· ἐπαράσιμος, ὅστις ἕληται,*
*εἰς γενεὰς γενεῶν * σκορπισμὸν βιότοιο.*
μήτ' ἀρσενοκοιτεῖν, μὴ συκοφαντεῖν μήτε φονεύειν.
μισθὸν μοχθήσαντι δίδου· μὴ θλῖβε πένητα.

Sic hi quatuor versus leguntur inter eos, quos a Xysto Betulejo ignoratos, Opsopaeus e Regio codice primus edidit, sed in calcem pag. 404. rejectos, quia secundus liber, cui codex ille eos inseruit, cum eum e Regia bibliotheca impetrasset, excusus jam eos non amplius admittebat. Gallaeus vero eos in eum locum restituit, ubi codicem Regium eos servare Opsopaeus indicaverat. Sed quo fato versus hi omnes, sunt vero numero 93, in carmina Sibyllina irrepserint, quibuscum nullo argumenti vinculo nexi sunt, haud facile dixeris. Sunt enim omnes sententiae ex earum numero, quas *γνώμας* Graeci vocant, atque plurimas cum iis convenire ad verbum, quae Phocylidis nomen prae se ferunt, jam alii animadverterunt. Sed in Sibyllinis multos reperies versus, quos Phocylidea non agnoscunt, unde non injuria colligi posse videtur, fuisse quondam collectionem parvam sententiarum, Phocylidis inscriptam, quae postea vario tempore a variis auctoribus locupletata et immutata sit, ita ut, quid primo auctori adscribendum sit, non facile discernas. Longe plurima, quae in Sibyllinis addita reperiuntur, seriori demum tempore collectioni inserta esse patet vel ex eo, quod saepius metrum violatum est, ut in secundo et tertio eorum versuum, quos supra exscripsimus, quorum primus et quartus in collectione vulgata *ποιήματος νουθετικοῦ* v. 16. et 17. efficiunt. Utrum vero asteriscus, quem Opsopaeus ante *σκορπισμὸν* posuit, auctoritatem codicis prae se ferat, an ab eo ad jacturam versus indicandam additus fuerit, nescimus.

v. 156. sq. *θλίψεις δ' ἀνθρώπων, λοιμοὶ καὶ λιμοί, πόλεμοί τε*
καιρῶν δ' ἀλλαγίη, πένθημά τε, δάκρυα πολλά.

Priori versu *καὶ* delendum, posteriori *πενθήματα* scribendum videtur. Ceterum vox *ἀλλαγίη* formata est, ut *μηχανίη, φαρμακίη.*

v. 162. *ὑστατίης γενεῆς φῶτες κακοίεργεες, αἰνοί.*

Scribe *κακοεργέες*, ut etiam a Fabricio citatur Bibl. Graec. I. 30. p. 247. Harl.

v. 190. *αἳ ὁπόσαι κείνῳ ἐνὶ ἤματι φορτοφοροῦσαι*
γαστέρι φωραθῶσιν, ὅσαι δέ τε νήπια τέκνα
γαλαδοτοῦσιν.

Γαλαδοτεῖν τέκνα dictum est, ut *μισθοδοτεῖν, σιτοδοτεῖν τινα.* Quod prima in *γαλαδοτοῦσιν* producitur, id vel Sibyllae condonandum dixeris, saepius minus de legitima syllabarum quantitate sollicitae, ut statim versu sequenti, ubi ultimam in *ἡμέραν* corripit; vel iis defendi poterit, quae Spitzner pag. 43. attulit. Ad rationem compositionis quod attinet, usitatius quidem foret, *γαλακτοδοτέω*, sive poetarum usum si sequi velis, *γλαγοδοτέω*, etiam *γλακτοδοτέω.* Sed et haec compositionis ratio proba est, velut plurima, „quae a neutris *μέλι, δόρυ, ἄστυ, γόνυ, μέθυ, πῦρ, φῶς* componuntur, nihil ut intersit, ad accusativum an ad primam positionem referantur." Lobeck de product. syllab. commentat. II. p. 5. Accedunt adjectiva *γαλοῦχος* et *γαλοῦργος*, et quae hinc derivantur, quae cur *ο* extrinsecus adsciverint, ibidem explicatum leges. Nam cave credas, haec a genitivo profecta esse.

v. 209. sqq. *οὐ ζῶα νηκτὰ θάλασσαν ὅλως ἔτι νηχήσονται,*
οὐ ναῦς ἔμφορτος ἐπὶ κύμασι ποντοπορήσει
οὐ βόες ἰθυντῆρες ἀροτρεύσουσιν ἄρουραν,
οὐκ ἦχος δενδρῶν ἀνέμων ὕπο· ἀλλ' ἅμα πάντα.
εἰς ἓν χωνεύσει καὶ εἰς καθαρὸν διαλέξει.

Διαλήξει mihi legendum videtur; sermo enim est de mundi combustione; notes vero quoque *χωνεύσει* intransitive, ut vocant, adhibitum.

v. 280. sqq. *καὶ πάλιν οἱ τὴν σάρκα ἀσελγείῃ μιάναντες*
ἠδ' ὁπόσοι ζωνὴν τὴν παρθενικὴν ἀπέλυσαν,
λάθρῃ μισγόμενοι, ὅσσαι δ' ἐνὶ γαστέρι φόρτους
ἐκτρώσκουσιν, ὅσοι τοκετοὺς ῥίπτουσιν ἀθέσμως.

Correctiones planae sunt; legebatur *ἀσελγίῃ μιήναντες* — *οἱ δ'*

ὁπόσοι — φόρτοις. Hiatum in primo versu idem poëta admisit, qui μιάναντες duobus primis syllabis brevibus dicere potuit. Sed hoc a hujus seculi consuetudine non abhorret. Anthol. Planud. 3, 5, 2. T. I. p. 59. Jacobs.

κουριδίης ἀλόχου λέκτρα θέλων μιάναι.

et Sibyll. 3. v. 127:

καί ῥ' ἔκριναν βασιλῆα Κρόνον πάντων βασιλεύειν.

v. 300. μητέρες ἠδέ τε τέκν' ὑπομάζια νηπιόεντα.

Ultimum vocabulum duo codices pro δακρυόεντα praebent. νηπιόεις i. q. νήπιος cf. μυριόεις = μύριος. Tales terminationes variis vocabulorum generibus additae seriori aetate saepissime sunt obviae.

v. 348. Ἄγιε, μαννοδότα, βασιλεῦ μεγάλης βασιλείας.

Probabiliter hic locus sic constitutus est ab Opsopaeo. Legebatur in edit. princ. μανονδότα.

Lib. III.

v. 71. sq. ἀλλ' ὁπόταν μεγάλοιο θεοῦ πελάσωσιν ἀπειλαί,
καὶ δύναμις φλογέουσα δι' οἴδματος εἰς γαῖαν ἥξει.

Fortasse scribendum φλογόεσσα; ἥξει bene se habet; nam a καὶ apodosis jam incipit, ut sequentia docent, minus recte connexa ab interprete.

v. 138. sqq. καὶ ἔπειτα Ῥέη τέκεν ἄρσενα παῖδα,
τὸν ταχέως διέπεμψε, λαθρηΐδίην δὲ τρέφεσθαι
ἐς Φρυγίην, τρεῖς ἄνδρας ἐνοίκους Κρῆτας ἑλοῦσα.

Lege: λάθρῃ ἰδίῃ τε τρέφεσθαι.

v. 227. οὐδὲ τὰ Χαλδαίων τὰ προμαντία ἀστρολογοῦσιν.

τὰ προμαντία versu cogente est pro προμαντεῖα. Etenim τὸ προμαντεῖον et ἡ προμαντεία sic juncta sunt, ut νεκυομαντεῖον et νεκυομαντεία, nisi quod νεκυομαντεῖον ad locum tantum referri videtur. Vetera lexica νεκυομαντεῖον etiam de ipso oraculo dici contendunt et afferunt ὀπιμαντεῖον. Ulterius inquirendum.

v. 381. sq. ἀλλὰ Μακηδονίη βαρὺ τέξεται Ἄσσιδι πῆμα,
Εὐρώπῃ τε μέγιστον ἀναστάχυώσεται ἄλγος.

Μακηδονίη pro Μακεδονίη ex edit. pr. scripsimus, quae praeterea solo, ut videtur, vitio typographico exhibet ἀναστάχνώσεται. Εὐρώπης vero vel omnibus libris invitis in Εὐρώπῃ mutandum censuimus.

v. 404. αὐτόπρεμνον πανάϊστον ἴῃ ἐν νυκτὶ γένηται.

Sed lib. 1. v. 186., ubi versus hic jam legebatur, melius:
αὐτόπρεμνον ἄϊστον κ. τ. λ.

v. 454. sq. ἄλοχοι δὲ σὺν ἀγλαυφαρέσι κούραις
ὕβριν ἀεικελίην ἰδίην ἀποθωρήξουσιν.

Pro ἀποθωρήξουσιν, quod nullo modo intelligo, legendum videtur ἀποθρηνήσουσιν, quod expressit interpres Latinus:

uxores autem lepidaeque puellae
Ah *lamentantes* sua tristia damna *querentur*.

Ceterum vox ἀγλαοφαρής in compositione a φᾶρος nihil habet, quo nos offendat, quamvis praeter hanc nullum aliud vocabulum compositum hujusmodi novi, quod ab eodem substantivo derivetur. Sed accentum mutavi. Edebatur enim ubique ἀγλαοφάρεσι.

v. 471. τῆμος Λαοδίκεια καταπρηνὴς ἕρπουσα.

Lego certissima emendatione ἐριποῦσα. v. 474. Thraces cognominantur ἀκρόβυζοι, sed loco ἀμέτρῳ et corrupto. Explicat Opsopaeus: Thraces, Byziam arcem vel Byzantium incolentes. Mihi non liquet.

v. 480. sq. αἳ αἳ παρθενικὰς ὁπόσας νυμφεύσετ' αΐδης
καὶ κούρους τοὺς ἀκτερέας βυθὸς ἀμφιπολεύσει.

Ἀκτερὴς i. q. ἀκτέριστος, *insepultus*, *inhumatus*, recte derivatum a κτέρος. Sed in versu praecedente quis non videt legendum: νυμφεύσεται ᾅδης?

v. 573. sq. εὐσεβέων ἀνδρῶν ἱερὸν γένος ἔσσεται αὖθις,
βουλαῖσι δὲ νῷ οἱ προςκείμενοι ὑψίστοιο.

Alter versus sic corrupte circumfertur. Legendum βουλαῖς ἠδὲ νόμῳ προςκείμενον ὑψίστοιο; νόμῳ jam Opsopaeus conjecerat.

v. 579. βωμῷ ἐπὶ μεγάλῳ ἁγίως ὁλοκαρπεύοντες.

Num se tueri possit ὁλοκαρπεύω, nescio, nam vulgarem formam Sibylla praefert supra v. 565.

v. 753. οὐ λιμὸς καρπῶν τε κακοῤῥέκτειρα χάλαζα.

Emendationem hanc vocis corruptae nemo non amplectetur.

Lib. IV.

v. 1. sqq. Κλῦε λεὼς Ἀσίης μεγαλαυχέο, Εὐρώπης τε,
ὅσσα μελιφθέγκτοιο διὰ στόματος μεγάλοιο
μέλλω ἀφ' ἡμετέρου Παναληθέα μαντεύεσθαι·
οὐ ψεύδη Φοίβου χρησμηγόρου, ὅντε μάταιοι

ἄνθρωποι θεὸν εἶπον, ἐπεψεύσαντό τ ε μάντιν·
ἀλλὰ θεοῦ μεγάλοιο, τὸν οὐ χέρες ἔπλασαν ἀνδρῶν
εἰδώλοις ἀλάλοισι λιθοξέστοισιν ὁμοῖον·
οὔτε γὰρ οἶκον ἔχει, ναὸν λίθον, ἱδρυθέντα
κωφότατον νωδόν τε, βροτῶν πολυαλγέα λώβην.

Sic totum hunc locum constituo. v. 4. legebatur οὐ ψευδοῦ Φοίβου χρησμήτορος, cod. Reg. dedit ψευδῆ, Clem. Alexandr. Coh. ad gent., qui hunc et tres sequentes versus etiam affert, ψεῦδος — χρησμηγόρον. v. 5. vulgo legitur ἐπεψεύσαντο δὲ μάντιν. v. 8. vulgo ναῷ λίθον.

v. 99. sq. ἄμετροι sic corrigendi sunt:

καὶ Σύβαρις πέσεται καὶ Κύζικος, ἡνίκα γαίης
βρασσομένης σεισμοῖς πολλαὶ πίπτουσι πόληες,

ubi noli πέσομαι mirari. Nam qui Philopatrim scripsit misellus auctor, et Luciano, at quanto viro, supposuit, versibus elumbibus et ἀμέτροις active adeo πέσω protulit c. 28. T. II. p. 646. ed. Schmied. loco simillimo:

πέπτωκεν ὀφρὺς ἡ πάλαι βοωμένη
Περσῶν, — καὶ Σοῦσα κλεινὸν ἄστυ
πέσει δ' ἔτι γε πᾶσα χθὼν Ἀραβίας
χειρὶ κρατοῦντος εὐσθενωτάτῳ κράτει.

ubi notes quoque εὐσθενώτατος. Sed in Sibyll. IV. v. 105.

Καρχηδὼν καὶ σεῖο χαμαὶ πᾶς πύργος ἐρείσει

fuit ἐρείψει i. e. πεσεῖται, nove et hoc dictum. — De v. 109. cf. ad lib. 5. v. 125. sqq.

v. 116. sqq. καὶ τότ' ἀπ' Ἰταλίης βασιλεὺς μέγας, οἷά τε δράτης,
φεύξετ' ἄφαντος, ἄπιστος, ὑπὲρ πόρον Εὐφρήτοιο,
ὁππότε δὴ μητρῷν ἄγος στυγεροῖο φόνοιο
τλήσεται.

Primum versum interpretantur:

tunc ex Italia rex, tamquam *transfuga*, magnus.

Bene, sed legendum: δράστης cf. Hesych. p. 1031. δράσται (δρᾶσται), δραπέται; Id. p. 1033. δρῆσται, δραπέται. Praeterea corrige ἄπυστος, et μητρῷον.

Lib. V.

v. 45. sq. ὃν κόνις ἀλλοτρίη κρύψει νέκυν, ἀλλ' ἀνεμείης
ἄνθεος οὔνομ' ἔχουσα.

Mortuus Trajanus est Selinunte, urbe Ciliciae, cujus nomen a

σελίνῳ, apio, deducit Sibylla. Nugas Opsopaei, cur apium ἄνθος ἀνεμείης vocetur, repetere nolo. Sine dubio corrupta est vox. Sed facili, ni fallor, et eleganti emendatione corruptelae mederi possumus. Notissimum est, apio coronatos fuisse victores in ludis Nemeis. Scribendum itaque.

ἀλλὰ Νεμείης
ἄνθεος οὔνομ' ἔχουσα.

Nullum quidem exemplum afferre possum, ubi Νεμεία pro Νεμέα occurrat; sed huic Sibyllae talia condonanda sunt. Quod si quis minus nobis largiri velit, non multo audaciori mutatione legere possit: ἀλλὰ Νεμείου ἄνθεος etc., ut ἄνθος Νέμειον vocetur apium. Nam Νέμειος pro Νεμεαῖος reperiri apud Pausaniam aliosque monstrabit Berkel. ad Steph. Byzant. p. 586.

v. 56. sq. ἔσσεται ἤματι τῷδε, ὅταν ποτὲ Νεῖλος ὁδεύσῃ
γαῖαν ὅλην Αἴγυπτον ἕως πηχῶν δέκα καὶ ἕξ.

Legendum est Νεῖλος δεύσῃ.

v. 125. sqq. αἲ αἴ σοι, Λυκίη, ὅσα σοι κακὰ μηχανάαται,
πόντος ἀπ' αὐτομάτου ἐπιβὰς χώρης ἀλεγεινῆς,
ὡς κλαῦσαι σεισμῷ τε κακῷ καὶ νάμασι πικροῖς
τὴν Λυκίης ἄμυρον καὶ τὴν μυρίπνουν ποτὲ χέρσον.
ἔσται καὶ Φρυγίῃ δεινὸς χόλος εἵνεκα λύσσης,
ἧς χάριν ἡ Διὸς ἦλθε Ῥέη, κἀκεῖ προμέμηνε.

Versu primo μηχανάαται scripsimus pro μηχανᾶται; secundo Guil. Canteri emendationem recepimus pro vulgata: πάντες (πάντας ed. princ.) ἐπ' αὐτὸ μίτους ἐπιβάς. Tertio malim κλύσαι s. κλύσσαι. Quinto et sexto scripsi λύσσης et προμέμηνε pro λύπης et προσέμεινε. Versum quartum ita explicat Opsopaeus: „tota Lycia terrae motu et diluvio vastabitur, tam ea quae floribus et unguentis odoratis abundat, quam quae hisce caret. Nam ex Lyciae parte, praesertim montana ob narcissi et croci excellentiam unguenta exportabantur, de quo etiam supra." Innuit Opsopaeus, ni fallor lib. 4. v. 109. sqq.:

ὦ Λυκίης μύρα καλά, σὲ δ' αὖ ποτε βρασσομένη χθὼν
πρηνίξει, πρηνὴς δὲ κλόνῳ πίπτουσ' ἐπὶ γαῖαν
εἰς ἑτέραν εὔξῃ προφυγεῖν χθόνα, οἷα μέτοικος,

ubi Λυκίης pro Λιβύες ex codice scripsi et αὖ ποτε pro οὔποτε ex conjectura. Atque hi sane versus ἄμυρος et μυρίπνους defendere videri possuit. Praefero tamen, quod mihi in mentem venit, ἄπυρον et πυρίπνουν. Ignes enim subterraneos Ly-

ciae quis nescit? Atque optime haec cum σεισμῷ conveniunt.
v. 167. sqq. αἲ αἲ πάντ' ἀκάθαρτε πόλι Λατινίδος αἴης,
μαινὰς ἐχιδνοχάρης, χήρη καθεδεῖο παρ' ὄχθας,
καὶ ποταμὸς Τιβερίς· σε κλαύσει καὶ σὴν παράκοιτιν
ἧτε μιαιφόνον ἦτορ ἔχεις, ἀσεβῆ δέ τε θυμόν.

De Roma sermo est; versus primus et secundus prorsus ametri sunt, nam soloecum καθεδεῖο a librario excogitatum videtur, ruinam versus suffultnro. Videtur fuisse καθεδεῖ ὑπὲρ ὄχθας. Versu tertio καὶ ante σὴν abjiciendum, et pro σὴν legendum videtur ἑὴν, ut Roma vocetur uxor Tiberis.
v. 184. αἰνοπαθὴς, πολυδακρυμανὴς, χήρα διὰ παντός.
Insanam quasi prorumpentinm lacrimarum copiam significat πολυδακρυμανής, ut ὑλομανεῖν seu ξυλομανεῖν, χερσομανεῖν, χορτομανεῖν. Hinc quoque herba πολύτριχον seu τριχομανὲς vocata.
v. 186. ἀλλ' ὅταν ἡ Βάρκη τὸ κυπάσσιον ἀμφιβάλληται.
Editt. κυπάστιον, quod tamen cum Lycophr. 333. a Schneidero citato conferendum, antequam quidquam statuamus.
v. 206. sqq. ἡνίκα γὰρ τούτους τροχὸς ἄξονος αἰγοκέρωτος
ταῦρός τ' ἐν διδύμοις μέσον οὐρανὸν ἀμφιελίξῃ
παρθένος ἐξαναβᾶσα καὶ ἥλιος ἀμφὶ μετώπῳ
πηξάμενος ζώνην περιπάμπολον ἡγεμονεύσῃ,
ἔσσεται ἐμπρησμὸς μέγας αἰθέριος κατὰ γαῖαν κ. τ. λ.

Quod quum interpres ita reddiderit:

et virgo adscendens et zonae tectus amictu
sol frontem ductor totum peragrabit Olympum,

ita locum accepisse videtur, quasi scriptum sit περὶ πάντα τὸν πόλον. In primis syllabis πυρὶ latere videtur. Verum in loco deplorato, nbi neqne ordo verbornm neque astronomicae rationes sibi constant, tutius est manum abstinere.
v. 216. sq. ἕως ἐςίδωσί σε πάντες
τὸν πάλαι ἐκκόψαντα πέτρην πολυήλατι χαλκῷ.

Nominativum vocis πολύηλας ponere non audemus. Constat enim, quam feracissima lingua Graeca fuerit ejusmodi formarum, quae ad analogiam aliarum excogitatae sunt, ita tamen nt praeter unum alterumve casum obliquum ceteri non inveniantur, qnorumque nominativus, qnalem mnlti enm scribunt et in lexica grammaticasque recipere dignantur, Graecis ipsis mera barbaries visus fuisset. Quae sequuntur, misere corrupta sunt, neqne quidqnam extrico, nisi quod video quinto abhinc

versu pro *δώσει σπάσασθαι* legendum esse *δώσει πάσασθαι*, quod confirmatur versu statim sequente:

ὥστε φαγεῖν σάρκας γονέων βασιλῆος ἀνάγνου.

v. 237. sq. *ἦν πότ' ἐν ἀνθρώποις λαμπρὸν σέλας ἠελίοιο,*
σπειρομένης ἀκτῖνος ὁμοσπούδοιο προφητῶν.

Male olim *ὁμοσπόδοιο* exaratum erat. Castalio quoque:

solis jubar inter
mortales olim clarum fuit, irradiante
lumine concordi vatum.

v. 252. *οὐκέτι συρίξει σάλπιγξ πολεμόκτονον ἦχον.* Facile apparet legendum esse *πολεμόκλονον*.

v. 262. sqq. *Ἰουδαία χαρίεσσα, καλὴ πόλις, ἔνθεος ὕμνων·*
οὐκέτι βακχεύσει Περσῶν χθόνα πους ἀκάθαρτος
Ἑλλήνων, ὁμόθεσμον ἐνὶ στήθεσσιν ἔχων νοῦν.

Haec verba non satis intelligo. Nescio quid sit *ἔνθεος ὕμνων*, tum quae intelligatur *Περσῶν χθὼν*, quum de Judaea sermo sit; sed hic forsan legas *οὐκέτι βακχεύσει περὶ σὴν χθόνα*, Hellenes enim sunt omnes gentiles. Tandem vero *ὁμόθεσμον νοῦν* non perspicio, neque magnopere placere potest *πους ἔχων ἐν στήθεσσι νοῦν*. Castalio:

impurus diram qui fert in pectore mentem,

quasi esset *ὠμόθεσμον*, quod tamen metrum respuit.

v. 265. sqq. *ἀλλά σε κυδάλιμοι παῖδες περιτιμήσουσι,*
καὶ μούσας γλώσσαις ἁγίαισιν ἐπιστήσονται,
παντοίαις θυσίαισι καὶ εὐχαῖς ἐνθεοτίμοις.

Μούσας sensu jubente dedi pro *μούσαις*. Sed videtur etiam fuisse *εὐχαῖσιν θεοτίμοις* (*θεότιμος* habet Orpheus Hymn. 27. 1. *ἀθανάτων θεότιμε θεῶν μῆτερ*). Ut in hoc loco Sibyllae dativum una syllaba auximus, ita v. 279. eum una truncabimus, pro

σεμνύνειν στομάτεσσι νέοις καὶ χείλεσι μωροῖς

certissima conjectura rescribentes:

σεμνύνειν στομάτεσσ' ἐνέοις καὶ χείλεσι μωροῖς.

Vix enim dici potest, quantopere *ἔνεος* serioribus his in deliciis fuerit, tum propria significatione, tum pro stupido et insulso; cf. Ruhnk. ad Tim. p. 102.

v. 327. sqq. *Ἵλαθι παγγενέτωρ τραφερῇ χθονὶ τῇ πολυκάρπῳ*
Ἰουδαίᾳ μεγάλῃ ἵνα σὰς γνώμας ἐπίδωμεν·
ταύτην γὰρ πρώτην ἔγνω θεὸν ἐν χαρίτεσσιν,

εἰς τὸ δοκεῖν προχάρισμα τεὸν πάντεσσι βροτοῖσιν
εἶναι.

h. e. ut omnes mortales videant, tuam prae reliquis dilectam terram hanc fuisse. Ceterum scripsi τραφερῇ pro τρυφερῇ et ἐπίδωμεν pro ἐπιδῶμεν. τραφερὴν γαῖαν dixit quoque Quint. Smyrn. 5, 537.

v. 352. sqq. αὐτὸς δυςμενέας δ' ἄνδρας τότε οὐκ ἐλεήσει,
ἀρνῶν ἠδ' οἴων, μόσχων τ' ἀγέλας ἐμμύκων
ἐκθυσιάζοντες, μόσχων μεγάλων κεροχρύσων
ἀψύχοις θ' ἑρμαῖς καὶ τοῖς λιθίνοισι θεοῖσιν.

Legendum esse ἐκθυσιάζοντας, luce clarius est. Quamvis vero in hac oraculorum farragine insulsissima quoque nos non offendere debeant, tamen μόσχων μεγάλων ex versu praecedente repetitum videtur et substitutum in locum verborum quorundam deperditorum, qualia fere sunt ταύρων τ' ἀγέλας κεροχρύσων.

v. 394. sq. οὐκέτι γὰρ παρὰ σεῖο τεῆς φιλοθρέμμονος ὕλης
παρθενικαὶ κοῦραι πῦρ ἔνθεον εὑρήσουσιν.

Bene Opsopaeus ὡρήσουσιν. Pro vitio typographico τὴν τῆς reposui τεῆς. — De vv. 433. sqq. cf. quae dicta sunt ad Lact. Instit. 4, 6, 5.

v. 460. sq. ἔν τε Μακηδονίῃ καὶ ἐν Ἀσσίδι καὶ Λυκίοισι
κοσμοκαρὴς πόλεμος, πολυαίματος ἐν κονίῃσιν.

κοσμοκαρὴς quid sit, nescio, quamvis ab Opsopaeo pag. 618. lectionem hanc locum habere posse concedatur. Qui num eam cum ἀκαρὴς contulerit, ut sit mundum quasi atterens, nescio. Sed bene Ms. Gallaei offert κοσμομανὴς, quam vocem, non minus in lexicis deficientem, in simili versu reperies. v. 360. sq.

ἔσσεται ὑστατίῳ καιρῷ περὶ τέρμα σελήνης
κοσμομανὴς πόλεμος καὶ ἐπίκλοπος ἐν κονίῃσιν.

v. 491. καί τις ἐρεῖ τῶν ἱερέων λινσόσσιος ἀνήρ.

Cod. Pith. λισόσσιος. Castal. interpr. Lat.:

Deque sacerdotum numero quidam vir amictus
lino: agedum, dicet, delubrum constituamus;

ut appareat, eum eleganter et si quid video vere correxisse λινόστολος; loquitur enim Sibylla de sacerdotibus Aegyptiis.

Lib. VII.

v. 84. ῥαίνων σὸν βάπτισμα, δι' οὗ πυρὸς ἐξεφαάνθης.

Scribendum videtur: δι' οὗ πυρόεις ἐφαάνθης.

v. 85. sq. οὐδὲ θύρην κλείσῃς, ὅτε τίς σοι ἐπήλυδος ἄλλος
ἥξει δευόμενος πενίης ἀπερυκέναι λιμόν.

Male λιμῷ excusum erat. Verum esse in his Sibyllinis oraculis quaedam ultimae Graecitatis, non hujus est loci nec temporis demonstrare, sed vel ex his duobus versibus liquet. Vides infinitivum ἀπερυκέναι pro ἀπερύκειν, cui simillimi sunt, quos ex Psello de operat. daemon. laudat Maittaire de dial. Graec. p. 232. C, D. κακοποιεῖναι, μαθεῖναι, ῥαδιουργεῖναι, ἐκπεσεῖναι, καλεῖναι, in quibus circumflexum -εῖναι ne mireris, cum omnes vel verborum contractorum vel aoristi secundi sint. Egit de his infinitivis quoque Buttmannus, cujus correctionem cum ignoraret Brandesius in commentat. Eleat., ut metro succurreret, hunc nobis hexametrum extudit (p. 112.):

ὕστερον ἢ πρόςθεν τοῦ μηδὲν ἀρξάμενον φῦναι.

Sed metri et quantitatis securior fuit hic vir doctissimus. Sed ad Sibyllam revertamur: habes praeterea οὐ κλείσῃς pro μὴ κλείσῃς, ni, quod probabilius videtur, κλείσεις scripsit; sic enim Hellenistae loqui solent. Habes praeterea tandem ἐπήλυδος pro ἔπηλυς, neque tamen hoc analogiae repugnat; sunt enim haud pauca nomina in lingua Graeca, quae ita e tertia declinatione in secundam transeunt, ut secundus casus tertiae declinationis pro recto secundae haberi possit; sic ἄζυξ, ἄζυγος, εὔθυθριξ, εὐθύτριχος, et multa alia. Sed certum quendam constitutumque numerum veteres observarunt; recentiores vero multum sibi indulserunt, etiam ea sic formantes, quorum exempla ex antiquis nequaquam protuleris. Sic εὔχρωτος, ὑψαύχενος, τοὺς ἀρνοὺς Theod. Prodr. p. 161. Conferatur tamen Hesychius s. v. ἐπήλυτος.

v. 89. sq. οὐκ ἔραμαι πλούτου· λιτός ποτε λιτὸν ἐδέγμην
ἀμφαδόν· ὦ πάτερ, ὦ χωρηγητὴρ ἐπάκουσον.

ὦ inserui post πάτερ. Sed qui sit χωρηγητὴρ, non video. Num de χορηγοῦντι cogitavit Sibylla? Ex versione nil liquet:

Non amo divitias, tenuisque aliquando vicissim
Accepit tenuem, pater accipe vota secundus.

v. 137. sq. οἳ βίον ἀλλάξουσιν κοὐ πείσουσι δικαίους·
οἵ τε θεὸν πάμπυστα διὰ φρενὸς ἱλάσκονται.

Haec non satis intelligo. Alii πάμπιστα habere dicuntur. Versu praecedente melius esset ἀλλάξουσι καὶ οὐ.

Lib. VIII.

v. 37. ἥξει σοί ποτ' ἄνωθεν ἴση, ὑ ψ α ύ χ ε ν ε Ῥώμη.
Scribi potuit numeris pejoribus ὑ ψ α ύ χ η ν Ῥώμη, sed vide ad 7. v. 85.

v. 52. ἔσσετ' ἄναξ π ο λ ι ό κ ρ α ν ο ς, ἔχων πέλας οὔνομα πόντου.
Versus ἄμετρος, quem qua ratione emendem, nescio. Sententia illustratur ex simillimo loco lib. 5. v. 47.

v. 76. sqq. οὐκέτι σοι τῆς σῆς μ ε γ α λ α υ χ ε ν ί η ς κλέος ἔσται
οὐδ' ὀρθωθήσῃ ποτὲ δύςμορος, ἀλλὰ κλιθήσῃ
καὶ γὰρ ἀ ε τ ο φ ό ρ ω ν λεγεώνων δόξα πεσεῖται.

Mira est vox μεγαλαυχενία; fuit, ni fallor, μ ε γ α λ α υ χ ε ί η ς, sive μ ε γ α λ α υ χ ί η ς producta syllaba penultima. Versum tertium in alio scriptore necessario emendes in ἀ ε θ λ ο φ ό ρ ω ν. Num vero huic relinqui possit, non discerno. — v. 121. male conjunctim scribitur παραφθιμένοις.

v. 187. π ι σ τ ο π ο ρ θ ε ῖ ς, ψ ε υ δ έ σ σ ι λ ό γ ο ι ς δύςφημα χέοντες.
Versus ἄμετρος. Opsopaeus, scribens πιστοπορθεῖς eosdem esse, qui supra πιστολέται, innuit lib. 2. v. 263. Sed praecedentia omnia et haec verba repetita sunt ex lib. 1. v. 174. sqq., ubi hujus versus loco alius sic legitur:

λ ε κ τ ρ ο κ λ ό π ο ι θ' ε ὐ ρ ε σ σ ι λ ό γ ο ι, δύςφημα χέοντες,

ubi tamen Gallaei cod. ψευδέσσι λόγοι. De vera lectione nil mihi liquet.

v. 433. πρηΰνει τε β α ρ υ κ τ υ π έ ω ν δουπήματα βροντῶν.
Sic ab Opsopaeo editum. Antea erat πραΰνει τε βαρυκτύπεα. Sine dubio codicem suum secutus est Opsopaeus. Atque ne de metro dicam, βαρυκτύπεος Graecum non est. Facilius ferri potest apud recentiores βαρυκτυπὴς, quamvis in reliquis omnibus compositis, quotquot novimus, nunquam terminatio ος in ης declinata est. De participio βαρυκτυπέων non cogitandum esse, monstrant et praecedentia et sequentia.

v. 435. sq. καὶ στεροπῶν μάστιγας ἀπαμβλύνει π υ ρ ο φ ε γ γ ε ῖ ς,
ὄμβρων δ' ἄσπετα χεύματα, ἡ ρ α κ ι ν ῆ ς δὲ χαλάζης.

Versu priore fortasse legendum est π υ ρ ι φ ε γ γ ε ῖ ς. Versu altero Cod. Reg. habet: ἐρικινῆς ὁ χαλάζης. Fuit, ni fallor, ε ἰ α ρ ι ν ῆ ς δὲ χαλάζης.

v. 480. β ο υ τ ε λ ά τ α ι ς τε καὶ αἰγονόμοις καὶ ποιμέσιν ἀρνῶν.
Sic miro errore pro β ο υ π ε λ ά τ α ι ς omnia Sibyllinorum exemplaria exhibent.

5. ORACULA VARIA.

Pausanias 3, 8, 5.

Φράζεο δή, Σπάρτη, καίπερ μεγάλαυχος ἐοῦσα,
μή σέθεν ἀρτίποδος βλάστῃ χωλὴ βασιλεία·
δηρὸν γὰρ μόχθοι σε κατασχήσουσιν ἄελπτοι,
φθερσιβρότου τ' ἔπι κῦμα κυλινδόμενον πολέμοιο.

Occurrere hoc oraculum bis apud Plutarchum interpretes jam animadverterunt; hinc βλάστῃ pro βλάψῃ recepi et κυλινδόμενον pro κυκωομένον. Sed utrum νοῦσοι, an μόχθοι, utrum φθερσιβρότου an φθισιβρότου legatur, nil interest. In ejusmodi oraculis enim, quae plerumque scriptores memoriter citant, quaeque in multorum hominum ore fuisse videntur, quam facile verba variari potuerint, facile apparet. Si Plutarchus φθισιβρότου, Pausanias vero φθερσιβρότου scripsit, hinc, cum utraque forma Graeca sit, nil aliud concludi potest, quam vario modo hoc epitheton vulgo prolatum fuisse; quid vero ipsum oraculum protulerit, neque scimus, neque magnopere scire expetimus. Sed vulgatam φθερσίβροτον seu φθισίβροτον mutandam duximus, secundo casu reposito.

Idem 8, 9, 2.

Ἔστι δὲ Μαιναλίη δυςχείμερος, ἔνθα τε κεῖται
Ἀρκὰς, ἀφ' οὗ δὴ πάντες ἐπίκλησιν καλέονται.
ἔνθα σ' ἐγὼ κέλομαι στείχειν καὶ εὔφρονι θυμῷ
Ἀρκάδ' ἀειραμένους κατάγειν ἐς ἄστυ ἐραννὸν,
οὗ τρίοδος καὶ τετράοδος καὶ πεντακέλευθος,
ἔνθα τε δὴ τέμενός τε θυηλάς τ' Ἀρκάδι τεύχειν.

Leviora sunt et facile ab alio, quam Facio, correcta, καὶ εὔφρονι θυμῷ atque εἰς ἄστυ. Verum consideres, quaeso, ἔνθα σε ἐγὼ κέλομαι ἀειραμένους κατάγειν pro ἀειράμενον; nam, ut hoc σὲ collective, quod ajunt, capias, pronominibus tamen personalibus, quantum sciam, idem numerus sive pluralis sive singularis adaptandus est. Tandem vero cum hoc ἔνθα σε compares, quod et primo et ultimo versu legitur ἔνθα τε, ubi conjunctivum τὲ vix exspectes; id tamen mihi perspexisse videor, in omnibus tribus versibus eandem lectionem esse debere. Jam sive fuerit illic ἔνθα τε, ut τὲ abundare dicatur, quod in oraculis aliisque ejusmodi nugis facile feram, sive quod magis placet, ἐνθάδε, quo saepius poetas pro ἔνθα usos quis nescit, ultimum tamen versum sic refingendum credo:

ἔνθα θ' (s. ἐνθάδ') ἕδη τέμενός τε κ. τ. λ.
Eusebius Praepar. Evangel. 3, 14. p. 124. A.

Ὅσδ' ἐγὼ, ὃν καλέεις, Ζηνὸς καὶ Μαιάδος υἱὸς
Ἑρμῆς προβέβηκα λιπὼν ἀστραῖον ἄνακτα,

ubi syllabam in versu posteriori deficientem ita supplet Vigerus: Ἑρμῆς ὃς προβέβηκα. Tutius videtur. Ἑρμείης προβέβηκα. — 3, 15. p. 125. D.

Ἥλιος, Ὧρος, Ὄσιρις, ἄναξ, Διόνυσος, Ἀπόλλων,
ὡρῶν καὶ καιρῶν ταμίης, ἀνέμων τε καὶ ὄμβρων,
ἠοῦς καὶ νυκτὸς πολυαστέρου ἡνία νωμῶν,
ζαφλεγέων ἄστρων βασιλεὺς ἠδ' ἀθάνατον πῦρ.

Sic correxi, quod vulgabatur πολυαστέρος. Nam quibus Graecae linguae analogia nota est, hi πολυαστὴρ aspernabuntur. Fuit πολυάστερος, ut διάστερος, κατάστερος, alia. — 4, 9. p. 145. D.

ὅσσοι δ' ἀμφὶ γαῖαν πωτώμενοι αἰὲν ἔασι,
τοῖςδε φόνου πλήσας πάντη πυριπληθέα βωμὸν
ἐν πυρὶ βάλλε δέμας θύσας ζώοιο ποτηνοῦ,

ubi ποτηνοῦ pro ποταινοῦ scripsi. Notes quoque γαῖαν prima correpta, quod ad aliorum diphthongorum similitudinem seriores sibi indulserunt. — 5, 7. p. 191. B.

οὐδὲν ἐν ἀθανάτοισι θεοῖς ποτε δῖα μάταιον
οὐδ' ἀκράαντον ἔλεξε σοφοῖς Ἑκάτη θεοφήταις,

ubi θεοφῆται videntur esse, qui ὑποφῆται plerumque vocantur. Primo versu absurde legebatur θεοῖς ποτ' ἀδείματον, unde Vigerus fecit θεοῖς ποτε ἀδείμαντον, quamvis codices ipsi subministrarent διαμάταιον et διὰ μάταιον, in qua lectione μάταιον quidem probavit, sed quid διὰ vellet, nescivit. Correctio planissuma est. — 5, 8. p. 192. ubi deos paganorum s. daemones vel invitos humanis incantationibus parcere coactos esse demonstratur:

Ἀλλ' οἱ μὲν καθύπερθε μετήοροι οὐρανίωνες
σπερχόμενοι κούφῃσι μεθ' Ἁρπυίαισι φέρονται.
ῥίμφα δὲ θειοδάμοισιν ἐπημύσαντες ἀνάγκαις
εἰς χθόν' ἐπειγομένως δ' ἠώϊον αἴσσουσι
θνητοῖς ἑσσυμένως ὑποφήταις.

Ἐπημύσαντες pro ἐπιμύσαντες e vet. cod. scripsimus. Duos ultimos versus perquam corruptos sic fere scribendos censeo:

εἰς χθόν' ἐπειγομένως ἀεκούσιοι αἴσσουσι
θνητοῖς ἑσπόμενοι ὑποφήταις.

5, 8. p. 193.

τίπτε μ' ἀεὶ θείοντος ἀπ' αἰθέρος ὧδε χατίζων
θειοδάμοις Ἑκάτην με θεὴν ἐκάλεσσας ἀνάγκαις.

Duplex μὲ et θεὴν pro θεὰν, si vera est Spitzneri observatio (Mant. Obss. in Quint. Smyrn. p. 262.), corruptionem posterioris versus indicare possit; sed abstinendum censeo; sic θεὴν quoque Euseb. 5, 7. p. 191. C. Ad hunc locum respexisse quoque videtur Suidas: θειοδάμη. ἡ θεοὺς δαμάζουσα, ubi θειόδαμος legendum. Neque vulgatam defendes exemplis, quae Lobeckius protulit ad Ajac. v. 175. — 5, 16. p. 204. D.

Ἀμφὶ δὲ Πυθὼ καὶ Κλαρίου μαντεύματα Φοίβου
αὐδήσει φάτις ἡμετέρη θεμιτώδεσιν ὀμφαῖς.

Priorem versum jam emendatum scripsimus. Vulgatur ἀμέτρως — Πυθὼ οἱ Κλαρίην τε μαντεύματα, ubi Vigerus: „Corruptum locum manuscripti foedius lacerant. F. non incommode οἱ mutat in σοι, nulla alia mutatione: nisi malis ἀμφὶ δέ σοι Πυθὼ etc. Perinde autem in μαντεύματα prima corripitur, ut supra in τύμπανα videbamus. Legi tamen possit: Ἀμφὶ δὲ Πυθὼ καὶ Κλαρίην, μαντεύματα Φοίβου." Dolemus Vigerum non indicasse, quomodo corruptum locum lacerarint codices. Quod vero ipse primo loco proposuit, nulla censura nunc quidem eget. Neque altera correctio melior est; nam Κλάρος non Κλαρίη urbs vocatur, quapropter sequenti quoque pagina pro καὶ κραναὴ Κλαρίη malim καὶ κρήνη Κλαρίη. — 5, 22. p. 214. A. versus trochaici, quos prosam esse editores crediderunt, sic scribendi:

Ἔστιν ἐν Τραχῖνος αἴῃ κῆπος Ἡρακλήϊος,
πάντ' ἔχων θάλλοντα, πᾶσι δρεπόμενος πανημαδὸν,
οὐδ' ὀλιζοῦται, βέβριθε δ' ὑδάτεσιν διηνεκές.

Impressum exemplar τριχῆνος, et ὑδάτεσσιν διηνεκέσσιν. Sed pro ὑδάτεσιν malim aliam vocem, fructus, poma significantem. — 5, 31. p. 226. B. C.

Φαιστοῦ καὶ Τάῤῥας ναίεται Δίου τε πολυῤῥου,
Πυθῷον κέλομαι τελέειν Φοίβοιο καθαρμὸν,
εὐαγέοντας, ὅπως Κρήτην καταναιετάητε,
ὄλβον μὴ πατρίοισι νόμοις καὶ Ζῆνα σέβοντες,

ubi ne quis divisim scribat κάτα ναιετάητε, obstat ipse Eusebius, oraculum hoc in suum usum sic invertens:

ὄλβον καὶ μανίας ναίεται, πολλοῦ θ' ἅμα τύφου,
οἰκεῖον τελέειν κέλομαι λήροιο καθαρμὸν,

εὐαγέοντας, ὅπως σοφίαν καταναιετάητε,
ὄλβον μὴ πατρίοισι νόμοις, θείοις δὲ σέβοντες.

Verum in ipsius oraculi ultimo versu ὄλβον vix sanum est, translatum illud ex Eusebii imitatione, quem si accurate illud expressisse credimus, scribendum foret: Φαιστὸν μὴ etc. Nam incolas Phaesti divino honore conditorem urbis Phaestum (Paus. Corinth. c. 6. 10. Eust. ad Il. 2, 648.) prosecutos esse, verisimillimum est. — 6, 3. p. 239. A.

κλῦτε δαφνηρεφέων μυχάων ἄπο θέσκελον ὀμφήν.

Si μυχάων, sive potius μυχέων sincerum est (et vix mihi extorqueri sinam hos recessus Apollineos), accedet alia auctoritas feminino μυχὴ pro μυχὸς, quod ex Herodoto affert Suidas: μυχαὶ παρὰ Ἡροδότῳ καταδύσεις, τὰ ἔνδον, quod totidem verbis exscripsit Phavorinus. Sed Hesychius: μυχοὶ αἱ καταδύσεις, οἱ ἐνδότατοι καὶ κατάκρυφοι τόποι, quod idem Phavorinus farragini suae intexuit. Editio vero oraculorum veterum ad calcem Sibyllinorum habet χυμάτων, nescio unde. (cf. Supplem. Lex. Schneid. s. v. et ad Oracc. Sibyll. 1, 222. sqq.)

Oracula Chaldaica Pselli. Oraculi, quod legitur p. 92., versus secundus et tertius sic scribendi videntur:

οὐ γὰρ ἀληθείης φυτόν [ἐστιν] ἐνὶ χθονὶ [δίᾳ]
μηδὲ μέτρει μέτρα ἠελίου, κανόνας συναθροίσας,

ubi ἐστὶν et δίᾳ versus explendi causa adjecimus et ἠελίου pro ἡλίου scripsimus. — Ibid. p. 106.

ἀεὶ τούςδε χθὼν κατωρύεται ἐς τέκνα μέχρις.

Quod si hexametrum esse dicas, nae ille sane claudicat. Sed Pletho eundem versum p. 78. sic laudat:

αὐτοὺς δὲ χθὼν κατοδύρεται ἐς τέκνα μέχρις.

unde facili negotio conflari potest hic satis legitimus numerus:

ἀεὶ τούςδε χθὼν κατοδύρεται ἐς τέκνα μέχρις.

Verum utramque lectionem Psellus jam prae oculis habuit explicuitque, alteram ita p. 82.: τοὺς δὲ μὴ πρὸς τὸ αὐτὸ φῶς, ὅθεν αὐτοῖς ἐπέμφθη ἡ ψυχὴ, σπεύδοντας αὖθις, ἡ χθὼν, ἤτοι ἡ θνητὴ φύσις, κατοδύρεται, ὅτι κ. τ. λ., alteram vero p. 106.: τὸ λόγιον αὐτοὺς, φησὶ, κατωρύεται, τουτέστιν, ἐπιμυκᾶται αὐτοῖς ὁ ὑπὸ γῆν τόπος, καὶ οἷον λεοντῶδες ἐπηχεῖ ὤρυγμα.

Oraculum Apollinis de Plotino p. 9.

ἀλλ' ἄρ' ἀπὸ βλεφάρων πετάσας κηλῖδα βαρεῖαν
ἀχλύος, ἐν δίνῃσι φορεύμενος ἔδρακες ὄσσοις

πολλά τε καὶ χαρίεντα, τά κεν ῥέα οὔτις ἴδοιτο
ἀνθρώπων, ὅσσοι σοφίης μ α ι ή τ ο ρ ε ς ἔπλευν.

Lego *εὐδίνεσσι φορεύμενος ἕδρακες ὅσσοις*. Versu quarto fuit sine dubio *μαιεύτορες*, et respexit philosophus ad Socratis *artem obstetriciam*.

6. FRAGMENTA GRAECA APUD LACTANTIUM.

Lactant. lib. I. cap. 5. §. 4.

„*Orpheus* (*Horpheus* cod. Regiom.) *qui est* (sic quoque cod. Reg.) *vetustissimus poetarum et aequalis ipsorum deorum, si quidem traditur inter Argonautas cum Tyndaridis et Hercule navigasse, Deum verum et magnum πρωτόγονον, primogenitum, appellat, quod ante ipsum nihil sit genitum, sed ab ipso sint cuncta generata: eundem etiam* (*et* c. R.) *φάνητα nominat, quod, cum adhuc nihil esset, primus ex infinito apparuerit et exstiterit.*“

Graecae voces in codice nostro sic scriptae sunt: Прtotohoh h. e. *πρτογονον*, omisso solo ω, et dahhta i. e. *φάνητα*. Nihil vero certius, quam *primogenitum* e textu Lactantii ejiciendum esse. Nam nusquam ipse Graecas voces Latinis interpretatus est, quod ostendit vel ipsa harum interpretationum varietas in codicibus et editionibus. Sic ipse Bunemannus ad vocem *φάνητα* annotat, in editis exstare Latine vel *illuminatorem* vel *apparentem*. Et sic quoque libri, quibus uti nobis datum est. Cod. Reg. habet, *eundem et illuminatorem φάνητα nominat*. Edit. A*) *eundem etiam φάνητα i. illuminatorem nominat*. Edit. B, C *eundem etiam φάνητα id est apparentem nominat*. Sic quoque, ut ad vocem *primogenitum* redeamus, ipsa ejus varia positio eam spuriam arguit. Bunemannus quidem, ut vidimus, *Deum verum et magnum πρωτόγονον, primogenitum appellat* et sic ex editis nostris exemplaribus A, C, D, nisi quod A manifesta interpolationis nota, ante primogenitum *i.* et C *i. e.* interponunt, et C quoque *et* ante *magnum* omittit. Edit. B vero: *deum verum πρωτόγονον et magnum primogenitum appellat*. At Codex Reg.

*) Editio Lactantii Veneta a. 1494. vocatur ed. A, Veneta a. 1509. ed. B, Parisina a. 1513. ed. C et Oxoniensis a. 1684. ed. D.

deum verum et magnum primogenitum πρ. appellat. Atque si sic Bunemannus suos codices scriptos editosque majori cura perlustrasset, non dubitasset, utrum Lactantius ipse an glossa hanc vocem addiderit.

Ibid. §. 5.

„*Cujus originem atque naturam quia concipere animo non poterat, ex aere immenso natum esse dixit:*

πρωτόγονος φαέθων περιμήκεος ἠέρος υἱός,“

ubi sic Cod. Reg.: primogenitus, Πρωtotonou ante luciferum daeθωнПеріамнкеос . . . ., ita, ut lineola rubra reliquum versus spatium impleat, ad indicandum defectum. Verba ipsa Graeca cum vulgata Lactantii scriptura conspirant, nisi quod πρωτόγονον male pro πρωτόγονος est, et in περιαμήκεος abundat α. Ceterum, ut hoc semel moneamus, Bunemannus ex cod. Goth. versionem addit, *principio genitus longo vel immenso aëre natus.* Sed eandem Latinam interpretationem, nisi quod *longo aëre* tantum, exclusis vocibus *vel immenso*, exhibent, jam omnes nostri editi libri antiquiores praebent, magno documento, quam negligenter in iis conferendis editor versatus fuerit. Verum ne nimis hoc opus excrescat, in posterum has interpretationes, Graecis verbis adscriptas, quae numquam fere desunt in editis antiquis, negligemus, contenti, ea afferre, quae codex scriptus praebet aut quae ad lectionem constituendam alicujus momenti esse videri possint. Ut ad versum Orphicum redeamus, laudarunt eum interpretes ad Orph. Argon. v. 15. Sed, quod mireris, inter ipsa fragmenta non retulerunt, nisi in nota ad fragm. 7. v. 2. pag. 465. Herm.

Ibid. §. 6.

„*Hunc ait esse omnium deorum parentem, quorum causa coelum condiderit, liberisque prospexerit, ut haberent habitaculum sedemque communem:*

ἔκτισεν ἀθανάτοις δόμον ἄφθιτον.“

Misere corruptus et mutilus h. l. est codex noster. *creavit immortalibus* ekticcнаθtoy *domum incorruptam* aaθ. h. e. εκτισεν αθτοι ααθ, ubi videmus primam vocem ἔκτισεν integram, secundam ἀθανάτοις multis literis truncatam. Tertia δόμον prorsus deest, quartae vero primae tantum tres literae adsunt, neque hae

sine vitio. Vetera exemplaria edita nihil variant, nisi ἀθανάτοισι A. Inter ipsa fragmenta Orphica versus hic non relatus est; laudatus tantum l. c. pag. 465.

Lib. I. cap. 6. §. 3. 4.

„*Hunc Aegyptii Thoth* (*Thoyth* c. R. πνουγνα *ed.* A.) *appellant, a quo apud eos primus anni sui mensis i. e. September nomen accepit. Idem oppidum condidit, quod etiam nunc Graece vocatur* ἑρμόπολις (omisso graeco nomine, *Mercurii civitas* habet c. R. atque A, B, C.) et *Pheneatae* (*fenice* c. R. *phaematae* A, C. *saitae* B.) *colunt eum religiose. Qui tametsi homo, fuit tamen antiquissimus* (*antiquissimus tamen* c. R.) *et instructissimus omni genere doctrinae, adeo ut ei multarum rerum et artium scientia Trismegisto* (*Trismegisti* c. R.) *cognomen imponeret. Hic scripsit libros, et quidem multos, ad cognitionem divinarum rerum pertinentes, in quibus majestatem summi ac singularis dei asserit, iisdemque nominibus appellat, quibus nos, deum, et patrem, ac ne quis nomen ejus requireret* (*inquireret* c. R.) ἀνώνυμον (anωnyмon c. R.) *esse dixit, eo quod nominis proprietate non egeat, ob ipsum scilicet unitatem. Ipsius haec verba sunt*: ὁ δὲ θεὸς εἷς, ὁ δὲ εἷς ὀνόματος οὐ προσδέεται· ἔστι γὰρ ὁ ὢν ἀνώνυμος.“

In libris editis verba haec non variant, nisi quod ὁ δὲ ante εἷς in A deest, et tum ibidem rectius προσδεῖται scribitur. In codice Reg. sic scriptum inveni, sed ab initio paucae literae jam evanuerant: „*Deus autem* o . . θeoc *unus* eic oaic *no non* онматос *indigens nomine* oyΠpocaeetaieciineнiмpaроон *erat sine nomine* анонімос.“ Jam ubi fragmenta Sibyllina critice examinavimus, saepius animadvertimus librarium nostri codicis ipsas voces Latinas, quae interpretationem continerent in eo codice, ex quo noster descriptus est, pro Graecis habuisse. Atque idem hoc in loco quoque ei accidit. Medias enim inter voces Graecas invenies Latinum *enim* sic scriptum енім. Reliqua sic legenda sunt: ο . . θεος εις ο δ ις ονματος ου προσδεεται εστιν (jam *enim* sequitur) ραρ ο ον ανονιμος, quae cum vulgata Lactantii lectione prorsus conspirant. In ραρ pro γαρ videmus literam γ cum ρ, ut saepius in Sibyllinis, confusam.

Lib. I. cap. 7. §. 1.

„*Apollo enim, quem praeter ceteros divinum maximeque fatidicum existimant, Colophone respondens, quo* (sic quoque c. R.) *Del-*

phis, credo, emigraverat (migraverat c. R.) Asiae ductus amoenitate (amoen. As. duct. c. R.), quaerenti cuidam, quis esset (esset deest in c. R.) aut qui esset omnino deus, respondit viginti et uno versibus, quorum hoc principium est:

αὐτοφυὴς, ἀδίδακτος, ἀμήτωρ, ἀστυφέλικτος,
οὔνομα μηδὲ λόγῳ χωρούμενον, ἐν πυρὶ ναίων,
τουτὶ θεὸς, μικρὰ δὲ θεοῦ μερὶς ἄγγελοι ἡμεῖς.

Veteres editiones in his Graecis vocibus nil nisi mera vitia orthographica praebent. Nam editio A exhibet *αυτοφυησ αδιδακτοσ αμητωρ αστιμφεδικτοσ ουνομοσ μηδελογο χοροιμενον εμπηροσ αιων τουτι θεοσμικρα δε θεου μερισ αγγελοι ημεισ.* — B vero *αὐτοφυης ἀδίδακτος ἀμήτωρ ἀστυφέλικτος οὔνομα μηδὲ λογω χωρούμενον ἐν πυρὶ ναίων. Τουτὶ θεὸς μικρὰ δὲ θεοῦ μερὶς ἄγγελοι ἡμεῖς*, quae prorsus cum vulgata lectione conspirant — C rursus corruptius sic omnia scripta exhibet: *αὐτοφυησ ἀδιδακτοσ ἀμήτον ἀστυφέλικτοσ ὄυνομα μηδέ λόγω χωρούμενον εν πιριναάων τουτι. θεοσ μικρα δέ θεοῦ μερις ἄγγεδοι ἥμεις.* — Editionem D nihil prorsus variare in vulgata lectione, per se exspectari poterat. Nihil vero corruptius cogitari potest, quam codicis Regiomontani scriptura. Prosodicum tamen vitium vulgatae, quo *τουτὶ* ultima correpta exaratum est, eadem sanat, *τοῦτο* reponens. Sed necesse videtur, paulo longius huic scripturae immorari, quoniam eadem luculentissimum documentum praebet, quam vere in fragmentis Sibyllinis contenderimus, codicem hunc jam ex alio descriptum esse, cujus librarius et ipse Graeca legere non potuerit. Sic vero exstat scriptus hic locus in codice Regiom.:

Ultro natus. aytoφyмc. a nullo doctus. aayaakatoc. sine matre. aмнωpac. patre immitato. yφeeaiktocb. illis cujus. oyaнoaмa. nomen illum. мнaeaoyω. uerbum. χpωpoiмe sapere potest nocentis ignem emit. piнaiωн. tens. hoc deus. toytoθc. pusilla autem мeikpaae. dei pars ange. θiмepic. li. a. nos aнteaoyнмeic.

Haec sane initio Oedipode aliquo mihi opus habere videbantur, quo intelligi possent. Sed tandem vidi, conjunctis iis, quae conjungenda erant, atque Latinis quibusdam in Graeca mutatis, vulgatam prorsus scripturam codicem nostrum repraesentare, suo modo inquinatam, hunc in modum:

αυτοφυμς αδυδακατος αμηωρ αστουφεελικτος

ουανοαμα μηδε λογω χρωροιμενος εν πσρι ναιων
τουτο θς μεικρα δε θι μερις ανγελον ημεις.

Unde hanc scripturam eruerimus, paucis videtur indicandum. Atque αυτοφυμς pro αὐτοφυής perspicuis literarum ductibus scriptum est, inque hac voce м et н ut saepius confusa sunt. In sequenti vocabulo αδυδακατος nota confusione υ pro ι positum est; tertium vero α redundat; haec enim litera, sive potius Latina ā, facillime ubique se intrudere potuit, quoniam nulla saepius librario in calamum venit, quippe quae tres Graecas literas α, δ, et λ exprimeret. Quae jam sequuntur

sine matre. амнωрас. patre immitato. уφееаiktocb. illis.

maxime confusa sunt. Haec sic discriminanda censui: *sine matre* αμηωρ ασ- (*patre*) *immita* — τουφεελικτος — *billis*, — ita ut duae postremae literae in амнωрас initium verbi ἀστυφέλικτος contineant, in Latino *immitato* vero lateant et pars Latinae vocis *immita* et duae Graecae literae το, quae duae literae sequentibus adhaerentes αστουφεελικτος, pro ἀστυφέλικτος praebent. Sed ab hac Graeca voce уφееаiktocb ultima litera b resecanda fuit, et continuanda cum sequenti Latina voce *illis*. Jam interpretatio Latina sic se habet, *sine matre patre immitabillis*, ubi *patre* sine dubio nihil aliud est, nisi depravata scriptura vocis *matre; immitabillis* autem ex *immutabilis* factum videtur. — Sequitur:

cujus. оуаноама. nomen illum. мнаеаоуω. uerbum. χρωροiме. sapere potest uocentis ignem emit ρħιαiωн. tens.

h. e. *cujus* ουανοαμα *nomen illum* μηδε λογω *verbum* χρωροιμε *sapere potest* νος εν πσ *ignem emit* ρι ναιων *tens*. In ουανοαμα itaque pro οὔνομα litera ā bis redundat. Verba sequentia μηδὲ λόγῳ satis perspicue scripta sunt. Sequitur jam χρωροιμε, ubi si primum ρ exulare jusseris, et ι mutaveris in υ, habes initium participii χωρούμενον, cujus exitus una cum initio vocis sequentis diu mihi se subduxit, donec vidi, Latinam vocem *nocentis* locum occupasse Graecarum literarum νον εν πυ, ita ut c̄ pro altero ν̄ scriptum sit, ti pro π, ut saepissime factum est, et tum in fine s pro ῡ. His si addideris, quae mox sequuntur non dubiis literarum ductibus ρ, ναιων, habebis totum versum

οὔνομα μηδὲ λόγῳ χωρούμενον, ἐν πυρὶ ναίων

cum Latina interpretatione, *cujus nomen illum verbum sapere potest, ignem emittens*, quae sic emendanda est: *cujus nomen nullum*

verbum capere potest. Qui vero factum sit, nt ἐν πυρὶ ναίων interpres Latinns expresscrit per *ignem emittens* nescio. Reliqua jam faciliora lectn snnt. Habemns τουτο ϑς μεικρα δε ϑι μερις αγγελου ημεις, ubi ϑς noto compendio pro ϑεὸς scriptnm est, ut ϑι pro ϑυ h. e. ϑεοῦ, contra αγγελου pro ἄγγελοι, eadem vicissitudine vocalium ῖ et ῡ. In μεικρα tandem pro μικρὰ Itacismi vestiginm superest. Latina interpretatio est: *hoc deus, pusilla autem dei pars angeli nos.* Unus superest obscurior ille literae ductus, qnae inter *li* et *nos* scripta exstat, qnamqne per ā reddidimus. Atqne ā qnidem clare apparet, sed simul tum capiti literae aliquid appictum est, quod quid sit, nescio, tum vero pedi lineola obliqua, clavo fere similis, insistit, ut aperte compendium aliquod scripturae eo expressum sit, quod legere nequeo. Praeterea cum punctis separatum sit a praecedente *li* et seqnente *nos*, cnmque, ut omnia Graeca, linea rubra subtus signatum sit, pro Graeco ductu librarium hoc habnisse, patet. Addo hic, in verbis, quae statim postea apud Lactantium sequuntur,

„*Quid, quod Mercurius ille ter maximus, cujus supra mentionem feci non modo* ἀ μ ή τ ω ρ α, *ut Apollo, sed* ἀ π ά τ ω ρ α *quoque appellat deum*",

codicem nostrum bene dare ἀμήτορα et ἀπάτορα, quae suo modo sic scripsit *ametora* et *aitatopa.* Editiones veteres A, B, C pro Graecis vocabulis, quae prorsus ignorant, substituerunt Latinam interpretationem *sine matre* et *sine patre.* Editio D vero jam vitiosam scripturam per ω̄ refert.

Lib. I. cap. 7. §. 9.

„*De se quidem ille mentitus est* (Apollo), *qui, quum sit e numero daemonum, angelis se dei* (*se dei ang.* cod. R.) *aggregavit. Denique in aliis responsis, daemonem se esse confessus est. Nam quum interrogaretur, quomodo sibi supplicari vellet, ita respondit:*

πάνσοφε, παντοδίδακτ', ἐνολοίστροφε, κέκλυϑι δαῖμον."

Insignis est corruptela in edit. A πωνσοφε παντοδιδακτε οσ μολοσζοφκλυσσι δαιμον. Editt. B et C cum Bunemanniana lectione conspirant, nisi quod κλῦϑι pro κέκλυϑι et δαῖμων (sed hoc accentu) pro δαῖμον exhibent. Editio D nihil variat. — Vox ἐνολοίστροφος Graeca non est. Varia reponere conati sunt viri docti, αἰολόστροφε, ἑλελίστροφε, ὁλοίστροφε etc. cf. Schneider in

Lexico s. v. ὁλοίστροφος. Interpretatio in veteribus editionibns A, B, C habet: *qui per cuncta versaris**), qnasi ἐνολοίστροφος sit ὁ στρέφων ἐν τῷ ὅλῳ. Sed codex Gothanus apud Cellarinm ad Lactantium praebet, *qui per multa versaris*, „quasi," nt addit Cellarius „πολύστροφε legisset." Atqne hoc sane in posterum Lactantio reponetnr, suadente codice nostro**), nt jam omnis de insolita voce lis snblata sit. Ita vero scriptum exstat: *locius sapientie* Пaпсоφе. *locius doctrine* aantoaiaakatai. *multis motibus.* Поаісеροφеkесkуϑіааіомн *potestatis audi demon. h. e.*

πανσοφε αantοδιδακαται πολιστροφε κεσκυϑι δαιομν,

quod facile transformatur in

πάνσοφε, παντοδίδακτε, πολύστροφε, κέκλυϑι δαῖμον.

In vocabulo ααντοδιδακαται terminatio vestigia Itacismi retinet, cujusmodi plura in Sibyllinis vidimus.

Ibid.

„*Item rursus, quum preces in Apollinem Smintheum rogatus expromeret, ab hoc versu exorsus est:*

ἁρμονίη κόσμοιο φαεσφόρε καὶ σοφὲ δαῖμον,"

nbi edit. A αρμονιη κοσμον φαεσολε και σοφε δαιμον et sic fere quoque B et C. Atque qunm in interpretatione legatur „omnino lncide", φαέσολος pro composito ex φάος et ὅλος habitum videtur. Quis primus vnlgatam lectionem introduxerit, nescio. Confirmatnr ea quoque a nostro codice, levi tantum mutatione. Graeca enim sic exarata sunt: армоніикосмоіоφаесφорeПaпсо φаеааімон h. e.

αρμονιη κοσμοιο φαεσφορε πανσοφαε δαιμον,

unde πάνσοφε pro καὶ σοφέ reponas***). Interpretatio Latina habet: *compago mundi, lucifer, demon.* Excidit igitur vocabulum, quo πάνσοφε redditum est.

Ibid. §. 10.

„*Quid ergo superest, nisi ut sua confessione verberibus veri dei* (*verberibus deberi* cod. R. sine dubio pro: verberibns dei veri)

*) Sic quoque in cod. Viteb., quem Spitzner a nobis rogatus consuluit.

**) assentiente codice Vratisl. cujus collationem beneficio Schneideri debemus, tam in Graecis, quam in Latinis: *qui per multa verteris.*

***) Sic qnoque Cod. Vratisl.

ac poenae subjaceat (*subjaceant* c. R.) *sempiternae? Nam in alio* (*nam et in alio*, cod. R. bene!) *responso ita dixit:*

δαίμονες οἳ φοιτῶσι περὶ χθόνα καὶ περὶ πόντον
ἀκάματοι δάμανται ὑπαὶ μάστιγι θεοῖο“.

Edita exemplaria nihil variant praeter leviora vitia orthographica, nisi quod A δάμονται praebet. Codex Reg. haec habet: ааiмонесоiφоitωciΠepiyϑoмaнakaiΠpiΠtoнakaмatoyaaмoнtaiyΠe мactiyyocoi, h. e.

δαιμονες οι φοιτωσι περι υθομανα και πρι πτον
ακαματον δαμνονται ὑπε μαστιγι θεοι,

ubi in primo versu notabis vocem υθομανα pro χθόνα, qua in voce y pro χ, ut saepius, scriptum est; tum cum duae ultimae literae bis scriptae essent, νανα, facili corruptione in мана transierunt. In verbis περὶ πόντον exciderunt literae quaedam. Secundus versus ita scribendus videtur:

ἀκαμάτου δάμνανται ὑπαὶ μάστιγι θεοῖο.

Codicis quidem scriptura akaмatoy tam ἀκάματοι quam ἀκαμάτου legi potest. Mihi tamen praeferendum videtur genitivus ad θεοῖο relatus. Δάμνανται vero pro vitioso δάμανται editorum et δαμνονται codicis*) grammatica et metrum postulant. In ὑπε pro ὑπαὶ Itacismum agnosces.

Lib. I. cap. 11. §. 46.

„*in quo sepulcro ejus est inscriptum* (*scriptum* c. R.) *antiquis literis Graecis:* ZANKPONOY“

Edit. A ξευσ κρονον. B ὁ ζεὺς τοῦ κρόνου. C ὁ ξεὺς των ηρόνου. Sed liquide codex noster: zaнkpoнoy i. e. ζὰν κρόνου, et sic quoque codex Puteani apud Opsop. ad Sibyllin. 8, p. 684.

Lib. I. cap. 13. §. 11.

„*Orpheus, qui temporibus* (*qui a temporibus* c. R.) *ejus recentior fuit* (*fuit rec.* c. R.) *aperte, Saturnum in terra et apud homines regnasse commemorat:*

„πρώτιστος μὲν ἄναξ ἐκ ἐπιχθονίων Κρόνος ἀνδρῶν·
ἐκ δὲ Κρόνου γένετ' αὐτὸς ἄναξ μέγας εὐρυόπα Ζεύς“.

Hinc fragmentum hoc inter Orphica relatum est, ubi nunc exstat num 47. pag. 500. edit. Herm. ubi editor pro vitioso ἐκ

*) δάμονται cod. Vrat.

scribendum sibi videri ait ἀπ'. Verum unde hoc ἐκ habeat Buuemannus, nescio. Nam editiones B et C particulam prorsus omittunt; A vero habet ἄναξεν, et D ἄνασσεν, quorum alterutrum sine dubio verum est; atque ἄναξεν coufirmat cod. Reg.*) in quo totus locus sic scriptus est: (verum una linea in summo margine legi nou potuit, aqua olim corrupto) Πρω ticIlocменанаξен . . . . . . кронoyиeapωнckaeкpoнoy тeнetai tocauaξмepaceypioIlazeic. h. e.

πρωτιστος μεν αναξεν . . . . Κρον . . . δρων,

εκ δε Κρονου γενετ αυτος αναξ μερας ευρυοπα ζευς,

ubi in primo versu mira depravatio est in verbis Κρόνος ἀνδρῶν, quam expedire nequeo, contentus apertos literarum ductus кpoнoy иeapωи repraesentasse. Iu secundo versu ter ῑ pro ῡ scriptum est, praeterea ϱ pro γ et, quod plerumque fit, τ pro γ.

Lib. I. cap. 21. §. 7.

„*Quod ex responso quodam factilatum, Varro auctor est, cujus responsi ultimus versus est talis:*

καὶ κεφαλὰς Κρονίδῃ καὶ τῷ πατρὶ πέμπετε φῶτα“.

Editi nihil variant**); verum apud alios auctores, qui huuc versum laudant, memorabilis est lectionis varietas. Dionysius Halicarn. lib. I. cap. 20. T. 1. pag. 51. totum oraculum nobis servavit:

στείχετε μαιόμενοι Σικελῶν Σατορνίαν αἶαν
ἠδ' Ἀβοριγινέων Κοτύλην, οὗ νᾶσος ὀχεῖται,
οἷς ἀναμιχθέντες, δεκάτην ἐκπέμψατε Φοίβῳ,
καὶ κεφαλὰς Κρονίδῃ. καὶ τῷ πατρὶ πέμπετε φῶτα.

Eosdem versus eodem modo scriptos e Dionysio repetiit Stephanus Byzantinus s. v. Ἀβοριγῖνες. Sed Macrobius Saturn. 1, 7., qui totum oraculum semel et ultimum versum bis affert, pro Κρονίδῃ legit "Αδῃ***). Hinc natae sunt magnae inter viros doctos controversiae, cum alii Lactautii alii Macrobii scripturam

*) et Vratisl.

**) Obiter moneo, in versibus Ovidianis, qui mox sequuntur, ubi omnes reliqui scripti et editi, Bunemauno teste, *jace* habent, pro quo *jaci* ex Ovidio nunc editur, codicem Regiomontanum praebere *jacit;* quae lectio forsitan indicio est, legi debere: *jaci. Et haec sacra* etc.

***) Erravit Opsopaeus loco statim laudando, qui Suidam quoque hos versus afferre pronunciat. Frustra ibi eos quaesivi.

praeferrent. *Κρονίδην* non esse Saturnum, certum est, quamvis ita Opsopaeus vertit, (in oracnlis metricis, adjectis ad calcem Sibyllinorum pag. 2.) ut nesciam, unde Berkelius in notis ad Steph. Byz. affirmet, Opsopaeum etiam Jovem intellexisse, quemadmodum interpretem Latinum Dionysii. Ex omnibus, quae narrantur, apertum est, intelligi debere Plutonem. Hunc vero Saturni filium, *Κρονίδην*, dici posse, non est dubium. Verum nondum mihi persuaderi patior, vocem *Κρονίδην* per se quemquam alium significare posse, quam Jovem. Hinc, nisi consulto obscurius locutum oraculum dicas, utique praeferenda videtur Macrobii scriptura *Ἅδη*, quicquid obloquuntur Berkelius ad Steph. et Gronov. ad Macrobium. Atque insignis huic lectioni auctoritas accedit a codice Cauci, quam *Ἀΐδῃ* apud Lactantium praebere notat Bunemannus: Semel enim aut bis ex hoc codice Cauci (de quo vide Buneman. in praefat. in recensu codicum Nr. 19.) varias lectiones in locis Graecis attulerunt editores Lactantii (cf. fragm. Sibyll. in Lactant. Institut. Lib. I. Cap. 6. §. 16.) Quoniam vero codex hic Cauci in hoc Sibyllinorum versu cum codice Puteani, quem Opsopaeus contulit, et codice Regiomontano prorsus conspirat, etiam in nostro nunc loco veterem Lactantii lectionem *Ἅδῃ* sive *Ἀΐδῃ* fuisse, non immerito quis conjiciat. Sed, quod summopere dolendum est, de lectione codicis Puteani, praeterquam ad Sibyllina nihil innotuit; noster vero codex hoc loco ipsas illas literas, in quibus totum scripturae discrimen versatur, omittit; scriptura enim codicis Regiom. haec est: kai keφaacaнkaviotatpiΠeмπeiωta h. e.

και κεφαας . . . δη καν το τατρι πεμπετ ωτα.

Jam etsi negari nequit, ante aн h. e. δη excidere potuisse literas *κρονι*, tamen multo verisimilius est, librarium geminatum ā neglexisse, et scripsisse aн pro aaн h. e. ἅδῃ, quae conjectura mea quidem sententia ita certa videtur, ut non dubitem, nostrum quoque codicem inter sponsores lectionis Macrobianae referre.*) — Ut ad lectionem Bunemannianam redeamus, hic φωτα sine accentu edi curavit, *ad notandam*, ut ipse

*) Miro fato Latina quoque interpretatio in cod. Reg. omissa est, quae forsan nos de lectione certiores fecisset. — Perspicuis literis in cod. Vratisl. scriptum exstat *Aΐδη*, ut, quod Lactantio restitui debeat, non sit dubium.

addit, *ambiguitatem*, ridiculo errore, quasi aut *virum* aut *lumina* scribere posses translato accentu *φωτά*. — Haec admonent nos, ut de accentu in voce *Ἀβοριγῖνες* apud Dionys. Halic. et Steph. Byz. nonnulla addamus. Latina enim consuetudo neque penultimam syllabam in hac voce produci sinit, et tertiam a fine acui postulat. Atque videri possit accentus, quo nunc insignita est Graeca vox, positus esse ab editoribus serioribus demum, qui locum Stephani male intellexerint. Locus Stephani hic est: *Ἀβοριγῖνες, ἔθνος Ἰταλικὸν, ὡς Ἰόβας ἐν Ῥωμαϊκῆς ἱστορίας πρώτῃ. Μέχρις οὖν τοῦ Τρωϊκοῦ πολέμου τὴν ἀρχαίαν Ἀβοριγίνων ὀνομασίαν διέσωζον. Λατίνου δὲ βασιλεύσαντος οὕτω προσηγορεύθησαν. Τὰ αὐτὰ καὶ Χάραξ. Εἰκὸς οἴεσθαί τινας τούτου τὴν κλίσιν ἀπὸ τῆς Ἀβοριγῖνος εὐθείας γίγνεσθαι, ὡς Λεοντῖνος, Ἀκραγαντῖνος. Ἀλλὰ Διονύσιος ὁ Ἁλικαρνασσεὺς Ἀβοριγῖνες, καὶ Ἀβοριγῖσί φησι, ὡς δελφῖσιν. ἔστι δὲ καὶ ἄλλη κλίσις ἐν χρησμῷ κειμένη, ὃν ὁ αὐτὸς παρατίθησιν. ὡς γὰρ ἀπὸ τοῦ ναῦται ναυτέων, οὕτως Ἀβοριγῖναι, Ἀβοριγινέων. ἔχει δ' ὁ χρησμὸς οὕτω·*

στείχετε μαιόμενοι Σικελῶν Σατουρνίαν) αἶαν* etc.

In his Stephani verbis scripsi *τὴν ἀρχαίαν Ἀβοριγίνων ὀναμασίαν* pro *τὴν ἀρχαίαν Ἀβοριγίνην* cum Berkelio, sed non solum, quoniam nusquam reperitur, hujus gentis regionem *Ἀβοριγίνην* dictam fuisse, sed alia praeterea de causa certissima, ut mox patebit. Praeterea cum Porto *γίγνεσθαι* post *εὐθείας* addidi; sed ut insererem verba *τοῦ ὀνόματος* post *τούτου*, quod idem Portus voluit, a me impetrare non potui. Tandem *ὃν ὁ αὐτὸς παρατίθησιν* meo periculo edidi pro *ἣν αὐτὸς παρατίθησιν*. Levius est quod *Ἀβοριγῖσί φησι* scripsi pro vulgato *Ἀβοριγῖσιν φησι*, quod qui primus invexit, voce *δελφῖσιν***) deceptus videtur, credens, terminationem in utroque vocabulo etiam in minutissimis sibi respondere debere. Sed his missis redeamus ad id, unde deflexit oratio. Diximus autea, fieri potuisse, ut verbis Stephani male intellectis editores recentiores vocem *Ἀβοριγῖνες* hoc accentu signarent. Nam facile accidere potuit, ut creditum sit, Stephanum vocabula *δελφῖσιν* et *Ἀβοριγῖσιν* inter se in omni-

---

*) Cur Sylburgius e vet. cod. Macrobii *Σατόρνιον* maluerit, editores causam non videntur intellexisse. Metrum enim *Σατουρνίαν* respuit. Legendum videtur *Σατορνίδα γαῖαν*.

**) Cur *Δελφῖσιν* litera initiali majuscula excusum sit, non video. Nam non de nomine proprio sed de delphinibus sermo est.

bus comparasse, cum tamen ipse non de accentu et quantitate sed de sola declinatione locutus videri debeat. Haec enim loci Stephaniani est sententia, non satis illa ab interpretibus intellecta. Juba in historia sua genitivo *Ἀβοριγίνων* usus erat; hinc addit Stephanus non a vero alienum videri posse nonnullis, genitivum hunc a nominativo *Ἀβοριγῖνος* descendere, quemadmodum *Λεοντίνων* et *Ἀκραγαντίνων* a recto casu *Λεοντῖνος* et *Ἀκραγαντῖνος* descendant. Sed cum apud Dionysium *Ἀβοριγῖνες* et *Ἀβοριγῖσιν* (illud, 1, 9, pag. 25. 14, pag. 37. 16, pag. 42, 44. etc. hoc vero 1, 14. pag. 40. 17, pag. 45. etc. Quibus adde accusativum *Ἀβοριγῖνας* 1, 10. pag. 27. 13, pag. 36. etc.) occurrat, patere hinc nominativum non esse *Ἀβοριγῖνος*, sed *Ἀβοριγίν*, quemadmodum *δελφῖσιν* a *δελφίν* derivetur. Sed praeterea, ita pergit Stephanus, oraculum illud, a Dionysio allatum, testimonio est, fuisse quoque aliam hujus vocabuli declinationem, *Ἀβοριγῖναι*, *Ἀβοριγινῶν*, pro quo ionice *Ἀβοριγινέων*, ut *ναυτέων* pro *ναυτῶν* a recto *ναῦται*. Verum non necessarium esse, ut *Ἀβοριγινέων* ab *Ἀβοριγῖναι* derivetur, sed posse illud quoque a recto casu *Ἀβοριγῖνες* proficisci, satis jam docuit Portus ad Suid. *s. v.* *Ἀβωριγῖνες*. At quae ille exempla attulit, ea duplicis sunt generis. Pleraque enim genitivorum circumflexorum sunt, quae a monosyllabis rectis descendunt (adde *χειρέων* Hippocrat. de decent. orn. T. 1. pag. 56. Lind. *ῥινέων* id. de judication. T. 1. pag. 445. *μηνέων* Lucian. de astrolog. c. 5. T. 1. pag. 592. Schm.), in quibus nihil obstat, quominus contractus genitivus in suas syllabas diducatur, quaeque ad formam *Ἀβοριγινέων* tertiae, ut nunc numerant, (olim enim quinta erat) declinationi vindicandam nihil conferunt. Sed sunt quoque nonnulla exempla, quibus *Ἀβοριγινέων* satis defenditur, ut *μυριαδέων*, Herodot. 8, 71. *χιλιαδέων*, quod Portus affert (*εἱλωτέων*, ab eodem laudatum, pertinet ad *εἱλώτης*, non ad *εἵλως*.). Hiscum comparari poterat, quod genitivus primae declinationis, plerumque ille circumflexus, nonnumquam quoque in nominibus non circumflexis hanc terminationem adsciscit, ut *μαχομενέων* Herodot. 2, 76. *πειθομενέων*. id. 5, 18.*) Sed iterum video me nimis extra terminos evagatum esse; redeundum est in viam.

---

*) Priori Herodoti loco Schweighäuserus nunc edidit *μαχομένων*; cur, nescio, cum altero *πειθομενέων* intactum reliquerit.

Patet hinc, Stephanum non de accentu et quantitate locutum esse, sed de sola declinatione; a δελφῖσιν itaque pro Ἀβοριγῖσιν nullum argumentum peti posse. Iam si reputas accentum et quantitatem vocis Latinae *Aborigines*, si vides, apud Suidam scribi Ἀβωριγίνες propius in accentu ad quantitatem Latinam, si consideras ipsum epigramma, ubi Ἀβοριγινέων syllaba γι correpta scriptum est, haud absurda conjectura videbitur, Dionysium dedisse Ἀβορίγινες, aut saltem Ἀβοριγίνες. Verum enim vero nihilominus tamen ausim affirmare, in recepta scriptura Ἀβοριγῖνες nihil temere mutandum esse. Notum enim est, Graecos Latina vocabula in scriptis suis ad genium suae linguae immutasse et conformasse, ut ea similitudinem sibi quandam cum Graecis vocabulis et Graeca inflexione habere videbantur. Sic dixerunt Λεύκιος, Ἱεροσόλυμα, Κλέμης, Ἀλβανός (usus enim Latinus postulat Ἀλβᾶνος). Iam cum omnia nomina, quae in nominativo pluralis in ῑνες exeunt, vocalem ι producant, cumque, monosyllabis et compositis exceptis, ubique hoc ι accentu signent, non mirum videri debet, Dionysium ex suae gentis consuetudine atque Graecis lectoribus scribentem Ἀβοριγῖνες scripsisse. Genitivus Ἀβοριγινέων vero vel synizesi legendus est, vel, ut Stephanus voluit, ab Ἀβοριγίναι descendit.

Lib. II. cap. 14. §. 5—7.

„*Ita duo genera daemonum facta sunt, unum caeleste, alterum terrenum. Hi* (*hii* i. e. ii c. R.) *sunt immundi spiritus, malorum, quae geruntur, auctores; quorum idem diabolus est princeps. Unde Trismegistus illum* (*ill. Trism.* c. R.) δαιμονιάρχην (*demomarcheno* c. R., *daemonarchen* A, B, C.) *vocat. Daemonas* (*demones* c. R.) *autem grammatici dictos aiunt, quasi* δαήμονας (ΔΗΜΟΝΑC i. e. αημονας sive δημονας c. R.) *id est, peritos ac rerum scios. hos autem* (*enim* c. R.) *putant deos esse. Sciunt illi quidem futura multa, sed non omnia; quippe quibus penitus consilium dei scire non licet.* (*liceat.* c. Reg.) *et ideo solent responsa in ambiguos exitus temperare. Eos poëtae et sciunt esse daemonas* (*demones* c. R.) *et loquuntur. Hesiodus ita tradit* (*tradit dicens* c. R.):

οἱ μὲν δαίμονές εἰσι Διὸς μεγάλου διὰ βουλάς,
ἐσθλοὶ, ἐπιχθόνιοι, φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων,

in qua lectione, levioribus quibusdam sphalmatis exceptis, conspirant omnia mea edita exemplaria, nisi quod A, B, C in

initio praebent τοὶ μέν. Atque sic quoque cod. Reg. toiмoeн aaiмoнececiaiocмetмoiaiaboyмcecθaoieΠicxθoнioycbyмkecθннтω-нанерωΠωн, ubi ter м pro αλ et λα occurrit. Haec enim sic legenda sunt:

τοι μοεν δαιμονες εσι διος μεγαλου δια βουλας
εσθλοι επισχθονιοι φυλακες θνητων ανθρωπων,

ubi perpauca vitia orthographica animadvertes. Atque prorsus sic, ut apud Lactantium leguntur, exarati sunt hi versus in vulgatis Hesiodi exemplaribus oper. et dies v. 122. 123. Brunckius vero in gnomicis v. 108. 109. lectionem Platonis, Plutarchi et Aristidis recepit,

οἱ μὲν δαίμονες ἁγνοὶ ἐπιχθόνιοι καλέονται,
ἐσθλοὶ ἀλεξίκακοι, φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων.

Lib. II. cap. 15. §. 6.

„*Denique affirmat eos Hermes* (*Hermes eos* c. R. in qua lectione omnis Heumanno scrupulus sublatus est) *qui cognoverint* (*cognoverunt* c. R.) *non tantum ab incursibus* (*incursionibus* c. R.) *daemonum tutos esse, verum etiam ne fato quidem teneri. μία, inquit,* (deest haec vox inter Graeca in cod. Reg. sed inter Latinae interpretationis verba sedem obtinuit.) *φυλακὴ εὐσέβεια. εὐσεβοῦς γὰρ ἀνθρώπου οὐ δαίμων κακὸς οὔτε εἱμαρμένη κρατεῖ. θεὸς γὰρ ῥύεται τὸν εὐσεβῆ ἐκ παντὸς κακοῦ. τὸ γὰρ ἓν καὶ μόνον ἐν ἀνθρώποις ἐστὶν ἀγαθὸν εὐσέβεια.*“

Edita exemplaria prorsus nihil variant, ut de orthographicis quibusdam taceam. Codicis scriptura haec est: мiaγapcbay aakнcicebiaeyceboyctaγaнерωπoнoyteaaiмωkakocoÿeiмарменнк pteieetappyetaнтoнeycebнekitaнγockakoytoγapeнкаумoнoнeнaн tpωπocectinataθoнcycebeia h. e.

μια γαρ φαυλακη εισεβια ευσεβους γαγ ανθρωπον ουτε δαιμω κακος ου ειμαρμενη κρτει θς (hoc enim significat θ̄ε̄) *γαρ ρυεταν τον ευσεβη εκ πανγος κακου το γαρ εν και μονον εν αντρωπος εστιν αγαθον ευσεβεια,*

ubi, si vitia orthographica emendaveris, vulgatam lectionem in omnibus etiam minutissimis confirmatam videbis, nisi quod post primam vocem *μία* particula *γὰρ* infertur, quodque pro *οὐ δαίμων κακὸς οὔτε εἱμαρμένη* legitur *οὔτε δαίμων κακὸς, οὐ εἱμαρμένη*, unde forsan utroque loco *οὔτε* restituas. — Ceterum Cyrillus contr. Julian. lib. 4. pag. 130, E. locum hunc, sine

dubio paulisper interpolatum, sic citat: *μία δὲ φυλακή ἐστι, καὶ αὕτη ἀναγκαία, ἡ εὐσέβεια· εὐσεβοῦς γὰρ ἀνθρώπου καὶ ἀγνοῦ καὶ σεμνοῦ οὔτ' ἂν δαίμων τις κακὸς, οὔτε εἱμαρμένη κρατῆσαι* (imo *κρατήσαι*) *ποτὲ ἢ ἄρξειεν· ὁ θεὸς γὰρ ῥύεται τὸν τοιοῦτον ὄντα ὄντως εὐσεβῆ ἐκ παντὸς κακοῦ.*

Ibid. §. 7.

„*Quid sit autem εὐσέβεια* (*eusebia i. e. pietas* c. R.), *alio loco his verbis testatur dicens* (*ostendit alio loco hiis verbis* c. R.): *ἡ γὰρ εὐσέβεια γνῶσίς ἐστι τοῦ θεοῦ.*"

Edit. A τοῦ ante θεοῦ omittit. Reliquae nihil variant, ut nec codex, qui ita habet: ΗΥΑΡΕΥΥCΕΒΙΑΤΗΩCICECTYΗΤΟΥΟΥ, h. e. *η γαρ ευυσεβια γνωσις εστιν του θῦ.*

Lib. IV. cap. 6. §. 3. 4.

„*Esse autem summi dei filium, qui sit potestate maxima praeditus, non tantum congruentes in unum voces prophetarum, sed etiam Trismegisti praedicatio et Sibyllarum vaticinia* (*vaticinationes* c. R.) *demonstrant. Hermes in eò libro, qui ὁ λόγος τέλειος* (*qui sermo perfectus*, aotoc teaeioc c. R. h. e. *λόγος τέλειος*, ubi articulus beno deest) *inscribitur, his usus est verbis: ὁ κύριος καὶ τῶν πάντων ποιητὴς, ὃν θεὸν καλεῖν νενομίκαμεν, ἐπεὶ τὸν δεύτερον ἐποίησε θεὸν ὁρατὸν καὶ αἰσθητόν· αἰσθητὸν δέ φημι οὐ διὰ τὸ αἰσθέσθαι αὐτὸν, περὶ γὰρ τούτου οὐκ ἔστι πότερον αὐτὸς αἴσθοιτο, ἀλλ' ὅτι εἰς αἴσθησιν ὑποπέμπει καὶ εἰς νοῦν. ἐπεὶ τοῦτον ἐποίησε πρῶτον καὶ μόνον καὶ ἕνα, καλὸς δὲ αὐτῷ ἐφάνη καὶ πληρέστατος πάντων τῶν ἀγαθῶν ἡγίασέ τε καὶ πάνυ ἐφίλησεν ὡς ἴδιον τόκον.*"

In his Graecis Hermetis verbis tria prae reliquis sunt, quao offensionem movere possunt. Primum est illud *ἐπεὶ*, ante *τὸν δεύτερον*; tum vero maxime offendimur verbis *περὶ γὰρ τούτου οὐκ ἔστι, πότερον αὐτὸς αἴσθοιτο*, quae nullo modo Graeca dici possunt. Tandem in verbis *ἐπεὶ τοῦτον ἐποίησε* desideratur nexus orationis. Atqui in editionibus veteribus, ut innumeros errores orthographicos omittam, has praecipue varietates reperi. In A deest alterum *αἰσθητόν*, vitio facile condonando. Tum pro *ἐπεὶ τοῦτον ἐποίησε* legitur *ὅτι οὖν τοῦτον ἐποίησε*, et tum pro *ἡγίασέ τε* exaratum est *ἠγ σατητε*. — Editio B vero prorsus conspirat cum vulgata, nisi quod et ipsa *ὅτι οὖν* pro *ἐπεὶ* prae-

bet. — At ed. C non solum alterum αἰσθητὸν omittit, sed etiam verba οὐκ ἔστι; tum confirmat ὅτι οὖν. Cellarii interpretationem horum verborum non transscribo, id solum monere contentus, eum verba περὶ γὰρ τούτου οὐκ ἔστι πότερον αὐτὸς αἴσθοιτο, sic reddidisse, „*de hoc enim non est notum, utrum ipse sentiat,*" quam sententiam facile restituas, si rescribere velis περὶ γὰρ τούτου οὐκ ἴσμεν, πότερον κ. τ. λ. Sed de his videbimus postea. Interpretatio, quae veteribus editionibus addita est, hoc loco nihil nos juvat; ea enim verbum verbo reddens haec habet: „*Hoc enim non est, utrum ipse sentiat.*" Sed verbum ἡγίασε, quod Cellarius *sanctificavit* expressit, ab omnibus redditur *oblectatus est*, certo indicio, aliam vocem olim hic lectam fuisse, quod confirmatur ductibus literarum, quos ex edit. A supra apposui Aegre vero caremus editione Graeca Poemandri, a Patricio curata. Quamquam enim Fabricius, qui in biblioth. Graec. lib. I. cap. 7. plenum editionis Patricianae recensum dedit, indicans simul, ex quibus scriptoribus fragmenta quaeque hausta sint, loci nostri Lactantiani nuspiam meminit, quem potius ibid. cap. 8. §. 1. ad Hermetis deperditum opus, quod Asclepius inscriptum fuit, et Latine nunc tantum exstat, referendum esse demonstrat, non levis tamen mihi suspicio oborta est, Patricium locum hunc Lactantii ad librum XX. retulisse, atque esse eum alterum eorum locorum, quorum sedem Fabricius (pag. 61. edit. Harles. *locus quintus - - - sextus - - -*) non investigasse videtur. Conjecturae hujus causam postea aperiemus. Verum non praetereundum est, habere nos hujus ipsius loci tres antiquas Latinas interpretationes. Prima est ipsius Lactantii in epitom. ad Pentadium cap. 42. §. 5. „*Dominus et factor universorum, quem deum vocari existimavimus, secundum fecit deum visibilem et sensibilem. Sensibilem autem dico, non quod ipse sensum accipiat, sed quod in sensum mittat et visum. Quum ergo hunc fecisset primum et solum et unum, optimus ei apparuit, et plenissimus omnium bonorum.*" Sed, quod dolendum est, ut cetera omnia in hac epitome etiam hunc locum in brevius contraxit, ut nihil inde proficiamus, quam ἐπεὶ ante τὸν δεύτερον non apparere, et in *quum ergo. hunc fecisset* particulam causalem recte adesse. Sed de verbis deploratis περὶ δὲ τούτου κ. τ. λ. et de vitioso ἡγίασέ τε nihil statuere possumus, cum ea prorsus omiserit. — Secundo loco totum fragmentum Latine versum exstat

in Hermetis Asclepio, quem ab Apulejo Latine redditum vulgo narrant, cap. 4. pag. 487. edit. Lugd. 1552. quem locum Davisius jam ad Lactautii l. c. laudavit. „*Dominus et omnium conformator, quem recte deum dicimus, cum* (*quem* legitur apud Davis. male) *a se secundum fecerit* (aut fallor, aut inter *secundum et fecerit* excidit *deum*) *qui videri et sentiri possit, eundem secundum sensibilem ita dixerim, non ideo, quod ipse sentiat, de hoc enim, an ipse sentiat, annon, alio dicemus tempore, sed eo quod videntium sensus incurrit: quoniam ergo hunc fecit ex se primum et a se secundum, visusque est ei pulcher, utpote qui sit omnium bonitate plenissimus, amavit eum ut divinitatis suae partem.*" Haec quamquam liberius versa non injuria dixeris, atque luxurie quadam peccantia, tamen tum quae sit verborum istorum περὶ γὰρ τούτου κ. τ. λ. sententia satis perspicue indicant, tum vero, quanam ratione ἐπεὶ illud forsan defendi possit, monstrant. Nam videri possint verba *quoniam ergo hunc fecit* analepsis esse praecedentium *cum a se secundum fecerit*, similiterque in Graecis verba ἐπεὶ τὸν δεύτερον ἐποίησε reliquis interjectis resumi in verbis ἐπεὶ [οὖν] τοῦτον ἐποίησε. Sed de his postea dicemus. Ceterum, ut ad Apulejum revertar, in corrupta voce ἤγιασε nulli nobis auxilio est, cum solum ἐφίλησε in versione expresserit. Tertia interpretatio Latina exstat in Augustini oration. de quinque haeresib. edit. Paris. 1635. Tom. 6. pag. 16. Sed verba ea, de quibus praecipue nunc quaeritur, ibi omissa sunt: *dominus et omnium factor deorum secundum fecit dominum.* Et post pauca (haec ipsius sunt Augustini verba, quaedam se omisisse monstrantis) ut ostenderit quid dixerit, repetivit et dixit: *quoniam ergo hunc fecit et primum et solum et unum, bonus autem ei visus est, et plenissimus omnium bonorum, laetatus est et valde dilexit tanquam unigenitum suum.* Hic prius ἐπεὶ quoque non comparet. Initium praeterea paulisper variat; in fine vero *unigenitum* pro *filio* Augustino tribuerim, quo Hermeticum effatum magis etiam christianae doctrinae accommodaret. Sed nunc eo pervenimus, ut monstremus, cur nobis suspicio oborta sit, Patricium hoc fragmentum, de quo agitur, ad librum XX. Poemandri retulisse. Casu quodam nos ante undeviginti annos nactos esse Ficini Latinam versionem Hermetis, quae edita est Lugd. 1552. 12°, narravimus jam in dissertatione de elementis Empedoclis Dorpati 1805 edita pag. 2. Atque a viro quodam Graece doctissimo

tum textus Graecus ad Poemandrum Ficini (quem in dispositione partium et numero librorum diversum esse a Poemandro Patricii, notum est) in chartis, inter Latinam versionem compactis, adscriptus est, tum vero in centum amplius paginis ad calcem larga messis fragmentorum Hermetis praecipue ex Stobaeo et patribus ecclesiae adjecta. Atqui in hac fragmentorum collectione, qnae ad calcem libri adjecta est, occnrrunt qnoqne fragmenta libri XX. apud Patricinm, hac praemissa inscriptione „*Patricio lib. XX. continet fragmenta ex Cyrillo et Suida.*". Jam sequnntnr omnia 14 fragmenta, quorum recensum Fabricius dedit Bibl. Gr. l. c., eaqne prorsus eodem ordine collocata et ex iisdem anctoribus veteribns desumta, ut non dubium sit, ad verbum expressum esse Patricii exemplar. Iam qnintum et sextnm fragmentnm, quae unde collecta sint, Fabricius ignoravit, haec verba praefixa habent, quintum quidem: *aliud ex eodem Suida*, *itemque ἐκ τοῦ τελείου λόγου:* sextum vero: *item aliud.* Sed quintum fragmentnm est ipsnm hoc nostrum Lactantianum, sextum vero et ipsum e Lactantio, lib. VII. cap. 18. §. 4., petitum. Quo casn factum sit, ut Patricius Lactantii nomen omiserit, et qnomodo quintum fragmentum Suidae, nbi frustra qnis id quaeret, adscriptnm fuerit, explicare nequeo. Atque hic quidem a recepta Lactantii lectione has discrepantias reperimus: *νενεμήκαμεν* male pro *νενομίκαμεν* — *ὁρατόν τε καὶ αἰσθητόν* — *πότερον αὐτὸς αἴσθηται* pro *αἴσθοιτο.* — Tnm scriptum erat *ἀλλ' ὅτι εἰς αἴσθησιν ὑποπέμπει τὸν νοῦν*, sed lineola transversa indnxit voces *ὑποπέμπει τὸν* et supra adscripsit *ὑποπίπτει καί.* Patricins itaque *ὑποπέμπει τὸν νοῦν* edidisse videtnr; *ὑποπίπτει καὶ* e conjectnra viri docti, qui haec exscripsit, profectum est. Mnltae enim ubique contextui Graeco conjecturae insertae sunt. Sic statim pro *ἐπεὶ οὖν* primum voluit *ἔτι οὖν* scribere, tum vero mutata sententia *τοῦτον οὖν.* — Tandem pro vitioso *ἠγίασε* hic primum nobis se offert, quod solum verum est, *ἠγάπησε.* — Sed nunc tandem videamus scripturam codicis Regiomontani, quam ita repraesentabimus nt in duabus columnis versionem Latinam nna exhibet:

dominus et om	kekaitωн
ninm factor	ΠaнtωнΠoiнtнc
quem deum no	oнeнkaaei
minare vide	нeпoмica

mus quia se	мeнΠoн
cundum fe	aeyteрoн
cit deum visibi	eΠoiнceoн
lem atque seu	opatoнkai
sibilem. Seu	aicθиtoнaic
sibilem autem dico non	oнtoнaecbн
quia ipse sentit	мioiaiato
ueque euim quidem utrum	aicθecθaiay
ipse sentiat sed	toнΠepitap
quod assensum	toytoyuotepo
meutemque	artocaice
suggerat	oΠeicaicθнctaмa
yΠoΠeмΠeieisнoyΠeieisнoy *)	
quia igitur	eyΠoiyнtoy
huuc fecit	tonнΠoiнce
primum et solum	Πpωtoнcai
et uuum	æнakaac
bonus	aθaytω
autem ei vi	ecbaннk
sus est et ple	aiΠanpec
nissimus om	totocitanтω
nium bono	tωнataoω
rum. gavisus	нtaΠнcekai
est et nimis	Πaнyecbi
dilexit velut	aнceнωc
suum partum.	iaioнtokoн.

h. e.

*κς**) και των παντων ποιητης ον θν καλειν ενομισαμεν πον δευτερον εποιησε θν ορατον και αισθητον αισθητον δε φημι οι δια το αισθεσθαι αυτον περ γαρ τουτου ποτερο αιτος αισθ οτι εις αισθησι αμα υποπεμπει εις νου [πει εις νου] ειποι υν τουτου ηποιησε*

---

*) Librarius columnam Latinam usque ad finem periodi prius scripsisse videtur, tum Graeca ex adverso adjecisse. Sed cum lineae Graecae non tot voces caperent, quot Latinae, eum ad finem columnae pervenisset, integra linea Graeca per ambas columnas extensa addenda erat.

**) H. e. κύριος. Vocabnlum enim hoc, ut θεός saepissime compendio scriptnm est.

πρωτον σαι αενα καλς δϑ αυτω εφανη και πληρεστοτος παντω των αγαϑω ηγαπησε και πανυ εφιλησεν ως ιδιον τοκον.

Hic statim in oculos incurrit, literas *πει εις νου*, quas uncis inclusimus, a librario male bis positas esse. Iam vero videmus, primum *ἐπεὶ* omissum esse; sed hoc malumus librario adscribere, quoniam in Latinis exstat *quia secundum fecit;* videmus praeterea post secundum *ἐπεὶ*, ut etiam in manuscripto nostro Hermetico, *οὖν* bene additum esse, (*ειποι υν* enim vitiatum est transpositis literis pro *ἐπεὶ οὖν*) atque *οὖν* quoque in editionibus veteribus legi, sed *ὅτι* pro *ἐπεὶ*, supra notavimus. Praeterea aperte codex *ἠγάπησε* confirmat, aliunde jam nobis oblatum, quod sine dubio quoque in vitioso *ἠγσατητε* editionis A latuit. Leve praeterea est, quod *ἐνομίσαμεν* praebet pro *νενομίκαμεν*, nisi ipsam literarum Graecarum divisionem in duas lineas sequens literas sic ordines *καλει νενομισαμεν*, ita ut in *καλεῖν* finale *ν* ut saepissime abjectum sit, in *νενομίκαμεν* vero solenni harum literarum apud nostrum librarium confusione *σ* pro *κ* scriptum sit (ut statim postea *σαι* pro *καί*). Verum haec in lineas literarum divisio in conjungendis et disjungendis literis nos ducere nequit; sic postea *καί* ita divisum est, ut *κ* praecedenti lineae adhaereat. Sed haec nunc non moror. Antequam vero ad verba deplorata *περὶ γὰρ τούτου* etc. accedimus, paulisper in sententiam totius fragmenti inquirendum est, quo firmiori postea fundamento innitamur. Opifex itaque mundi sive summus deus secundum deum procreasse dicitur ex se, visibilem et sensibilem. Secundum hunc deum, a primo procreatum, pius Christianorum animus de Jesu Christo intellexit; Neoplatonici vero, e quorum disciplina Hermetica fragmenta prodierunt, mundum, dei imaginem, ipsumque divinum intellexerunt. Hic itaque secundus deus sive mundus *ὁρατὸς* est et *αἰσϑητός*. Vocatur vero *αἰσϑητὸς* sive sensibilis, non quod ipse sentiat, *sed quod videntium sensus incurrat*, ut Asclepius Apuleji habet. Atque haec sane plana sunt. Sed quomodo haec ex Graecis verbis *ἀλλ' ὅτι εἰς αἴσϑησιν ὑποπέμπει καὶ εἰς νοῦν* elicias, nescio. Haec vix alium sensum habent, quam deum hunc *αἰσϑητὸν* vocari, non quod ipse sentiat, sed quod aliis sentiendi auctor sit. Neque aliter, si lectio sana, Lactantius in epitome l. l. verba haec accepisse videtur, verba haec Latine ita reddens: *Sed quod in sensum mittat et visum.* Verum praeterea quis est

ille νοῦς, quem hic legimus? Apulejus habet *videntium sensum*, Lactantius ipse *sensum et visum*. Νοῦς vero per se solus de visu intelligi nequit. Hinc suspicor, Lactantium in Latinis dedisse, *sed quod in sensum incidat et visum*, ut antea quoque non solum de sensibili sed etiam de visibili deo sermo fuerat. Suspicio haec hinc augetur, quod codex noster, qui ubi vulgatam lectionem confirmat in solis orthographicis aberrat, hoc loco aperta confusionis vestigia monstrat. Sic enim scriptum est *οτι εις αισθησι αμα υποπεμπει εις νου*, ubi non solum ἀλλ' ante ὅτι deest, et καὶ ante εἰς νοῦν (neque hoc casu excidisse dici potest, cum, ut supra vidimus, verba haec bis scripta sint) sed ἅμα etiam additum legitur. Huc accedit, quod interpretatio Latina longe hic aliter sonat, quam apud reliquos, *quod assensum mentemque suggerat*. Sic nunc pervenimus ad verba interjecta περὶ γὰρ τούτου οὐκ ἔστι, πότερον αὐτὸς αἴσθοιτο, ubi codex noster, quemadmodum editio C, voces οὐκ ἔστι prorsus ignorat, et tum ultimae vocis αἴσθοιτο, pro quo αἴσθηται Patricium dare vidimus, initium tantum αἰσθ. novit. Atque hic quoque mira est interpretatio Latina, *neque enim quidem utrum ipse sentiat*. Ex his omnibus persuasum mihi est, post verba περὶ γὰρ τούτου πότερον αὐτὸς αἴσθοιτο quaedam penitus intercidisse, quae eam fere sententiam continuerint, quam Apulejus nobis servavit, ita ut additamentum οὐκ ἔστι prorsus ejiciendum sit; quae tum vero sequuntur, ea nescio quo casu misere mutilata et corrupta ad nos pervenerint. Veram scriptoris manum restituere nobis datum est. Sed a sententia non aberrasse nobis videmur, totum locum sic scribentes et interpunctione adjuvantes:

ὁ κύριος καὶ τῶν πάντων ποιητὴς, ὃν θεὸν καλεῖν νενομίκαμεν (sive ἐνομίσαμεν), ἐπεὶ τὸν δεύτερον ἐποίησε θεὸν ὁρατὸν καὶ αἰσθητὸν, (αἰσθητὸν δέ φημι οὐ διὰ τὸ αἰσθέσθαι αὐτόν· περὶ γὰρ τούτου, πότερον αὐτὸς αἴσθοιτο, [ἢ μὴ, ὕστερον ζητήσομεν· ἀλλ' ὅτι εἰς αἴσθησιν ὑποπίπτει καὶ εἰς ὄψιν]) ἐπεὶ οὖν τοῦτον ἐποίησε πρῶτον καὶ μόνον καὶ ἕνα,*) καλὸς δὲ αὐτῷ ἐφάνη καὶ πληρέστατος πάντων τῶν ἀγαθῶν ἠγάπησέ τε καὶ ἐφίλησεν, ὡς ἴδιον τόκον, ubi quae his signis [ ] inclusimus, partim a nobis suppleta, partim vero audacius immutata sunt. Atque sic qui-

*) Verba καὶ μόνον in codice nostro casu tantum exciderunt, ut interpretatio Latina monstrat.

dem interpunctione mutata prius ἐπεὶ quoque servavimus, quod plurimorum testium consensus, etiam Latina interpretatio in codice nostro tuetur. Quod si quis vero, quoniam in Graecis cod. Reg. et in Latina versione ipsius Lactantii et Augustini deest, illud ejectum malit, non refragabor, si major interpunctio post prius αἰσθητὸν ponatur.

Lib. IV. cap. 7. §. 1 — 3.

„*Fortasse quaerat aliquis hoc loco, quis sit iste tam potens, tam deo carus, et quod nomen habeat; cujus prima nativitas non modo antecesserit mundum, verum etiam prudentia disposuerit, virtute construxerit* (*virtus construxerit* rectissime cod. Reg. quod Heumannus divinando conjecerat). *Primum scire nos convenit nomen ejus ne angelis quidem notum esse, qui morantur in coelo; sed ipsi soli ac deo* (*a deo* c. R.) *patri. nec ante id publicabitur, ut est sanctis literis traditum, quam dispositio dei fuerit impleta. Deinde nec enuntiari posse hominis ore; sicut Hermes docet, haec dicens:* αἰτία δὲ τούτου τοῦ αἰτίου ἡ τοῦ θείου ἀγαθοῦ βούλησις, ἣ θεὸν προήνεγκεν, οὗ τὸ ὄνομα οὐ δύναται ἀνθρωπίνῳ στόματι λαληθῆναι *et paullo post ad filium:* ἔστι τις, ὦ τέκνον, ἀπόῤῥητος λόγος σοφίας, ὅσιος περὶ τὸν μόνον κύριον πάντων καὶ προεννοουμένου κυρίου· ὃν εἰπεῖν ὑπὲρ ἄνθρωπόν ἐστι."

Fragmenti hujus Hermetici prorsus non meminit Fabricius in bibliotheca Graeca. Suspicor tamen a Patricio libro XX. adscriptum fuisse, ibique fragmento septimo in fine adhaesisse. Fragmentum enim hoc septimum desumtum est ex Stob. floril. serm. 78. pag. 466. Partem ejus citant quoque Justin. Martyr. Paraenes ad Graec. pag. 37. Cyrill. lib. I. contr. Julian. pag. 31. Cyprianus de idolor. vanit. et hinc Augustinus contra Donat. lib. 6. Tom. 7. pag. 74. Sed reliquis plenior est Stobaeus, ut diximus. Atqui verbis, quae Stobaeus servavit, statim in collectione nostra fragmentorum Hermeticorum, cujus supra mentionem fecimus, haec verba, nullo auctoris, unde hausta sint, nomine praemisso, annectuntur: ἔστι γάρ τις, ὦ τέκνον, ἀποῤῥήτου λόγος σοφίας πάντων καὶ προνοουμένου κυρίου· ὃν εἰπεῖν ὑπὲρ ἄνθρωπόν ἐστιν· αἰτία δὲ τούτου, ἡ τοῦ θείου ἀγαθοῦ βούλησις, ἣ θεὸν προήνεγκεν, οὗ τὸ ὄνομα οὐ δύναται ἀνθρωπίνῳ στόματι λαληθῆναι. Unde Patricius textum ita constituerit, nescio. Sed neque Lactantii, neque Patricii lectio sana esse

potest. Ut de aliis taceam, qnidnam sibi velint verba ἢ θεὸν προήνεγκεν, nescio. Προφέρειν enim non eodem sensu dicitur, quo Latinorum *proferre*. Bona quidem fortuna Augustini interpretatio Latina nobis servata est in libro de quinque haeresibus Tom. 6. pag. 16. Vernm ea ita comparata est, nt aut Augustinus longe alia verba legisse, aut textus ejns misere corruptus ad nos pervenisse, aut denique Augustinns, vir Graecarum literarum minime gnarns, in interpretandis Hermeticis mirnm quantum a literali sensu aberrasse dicendus sit. Atqne hoc, qnod postremo loco posuimus, longe verisimillimum mihi videtur, ita tamen, ut et nonnihil ex ceteris duabus causis in hac diversitate repeti debeat. Quod qno clarius appareat, apponamus totum locum Augnstini, qni, quae ejus consuetudo erat, verbis Hermeticis ubique sua interposuit; quod ut moneamus eo magis necessarium videtur, qnoniam editores verba nonnulla Hermetis pro verbis Augnstini habuerunt. Sic itaqne verba Augustini sonant. „Ipse (Mercurius) dixit: *filius benedicti Dei atque bonae voluntatis*. Et ne de ejus nomine taedium interrogationis sustineret, secutus adjunxit: *cujus nomen non potest humano ore narrari*. Quid tn, Mercuri, ab hominibus dicis nomen dei filii narrari non posse? A te narretur, qui non homo sed dens ab hominibus aestimaris? Loquitur autem ad filium suum dicens: *est enim quis filii* (leg. *fili*) *inenarrabilis sermo sapientiae spiritus sanctus*. Nonne hoc est, in principio erat verbum? Dic, Hermes, sermo iste sapientiae habet matrem? Sequitur de solo deo: *dominus est omnium dominante deo mortalibus*". (Haec verba etsi non satis mihi intellecta patet tamen exprimere debere Hermetica περὶ τοῦ μόνου κυρίου πάντων καὶ προεννοουμένου θεοῦ, nt codicem Reg. habere mox videbimns. Sed ab editoribus verba haec a verbis Augustini non separata snnt.) „Et quia ab hominibns indagari non potest, addit et dicit: *super homines est*." Hactenus Augustinns. Nolo taedinm lectoribus creare in eruendo, qui fieri potuerit, ut hoc modo Graeca Lactantii in Latinnm sermonem transferrentur. Frustra enim qnaeras, unde *filius benedicti dei*, nnde *spiritus sanctus* venerit, unde alia; at in verbis *bonae voluntatis* vix alium erroris reum accusare poteris, quam ipsum Augnstinum, qui ἀγαθοῦ βούλησις sic junxerit. Sed de verbis ἢ θεὸν προήνεγκεν nullum vestigium repereris.

Accedamus nnnc ad excutiendam lectionis varietatem in

exemplaribus Lactantii et editis et scripto. Mirari hic subit initio supinam Bunemanni negligentiam, qui quomodo pro *προεννοουμένου* veteres editiones legant, raro exemplo (nam plerumque in Graecis obmutescit) indicavit: *προονενου* — *προνοομενου* — *προουμενου σθεου* — *προεννουμένου κυρίου*. At idem quot praeterea memorabiles lectionis varietates in iis occurrant, indicare noluit. Neque imprimendum curasset *οὐ τὸ ὄνομα οὗ* pro *οὗ τὸ ὄνομα οὐ*, non magis quam *περὶ τὸν μόνον κύριον*, pro *περὶ τοῦ μόνου κυρίου*, ut omnia nostra exemplaria recte habent. Postremum tamen hoc Cellarii editioni forsan acceptum retulit, ut ex Cellarii interpretatione Latina, ipsa enim hujus viri editione caremus, colligo. Sed, ut pergamus, in editione A locum sic expressum legimus:

αιτιον δε τουτου του αιτιοσ η του θειου και αγεατου αγαθου βουλησ ισ ηθεον προηνεγκερον το ονομα ου δυναται ανθρωπινωστοματι λαληθηναι, id est: causa autem hujus causae divini et increati boni voluntas, quae deum protulit, cujus nomen non potest humano ore dici. Et paulo post ad filium. *εσ τι γαρτισ ω τεκνον απορρηθος λογοσ σοφιας οσιος περι του κυριου παντων και προνοουμενου σθεου ονειπει υπερ ανθρωπον εσθια*, id est: Est enim fili secretus quidam sermo sapientiae sanctus de solo domino omnium et dei, qui ante mente capitur, quem dicere supra hominem est.

Ut hic paulisper subsistamus, melius videmus *αἴτιον δὲ τούτου τοῦ αἰτίου* legi, quam *αἰτία*. Videmus praeterea ea, quae statim sequuntur, duas voces nobis suppeditare, quae frustra in vulgata lectione quaeras, *ἡ τοῦ θείου καὶ ἀγεννήτου ἀγαθοῦ βούλησις*, ubi Latina quoque interpretatio *et increati* adjicit. Sed in verbis *ἢ θεὸν προήνεγκεν* nihil variatur. Postea particula causalis *γὰρ* recte in exordio posita est; *μόνου* quidem deest ante *κυρίου*, sed cum in Latina interpretatione expressum sit, casu tantum excidisse videtur. Tandem *προνοουμένου θεοῦ* pro *κυρίου* exhibet.

In editionibus B et C vero *αἰτία* jam legitur, tum desunt verba *καὶ ἀγεννήτου*, quamvis Latina interpretatio *et increati* servat; tum *γὰρ* adest, sed post *περὶ τοῦ μόνου κυρίου* desunt verba *πάντων καὶ προεννοουμένου κυρίου* sive *θεοῦ*, quae Latina quoque interpretatio omittit. Editionem D cum Bunemanniana prorsus conspirare, nisi quod recte dat *οὗ τὸ ὄνομα οὐ* et *περὶ*

τοῦ μόνου κυρίου, exspectari poterat. Iam videamus scripturam codicis Regiomontani:

causa autem	aitiocaetoytoy
hujus causae	toyaiaiaioyн
voluntas boni	toyθiatetoyataeoy
quae deum pro verbo.	yaнcicocxci
dei nomen	tooнoмaoy
non potest ore	ayнtaiaнepωtu
нpω. hominum fari.	ctoмataa
aнoннay et paulo post ad filium.	
est enim o fili	ectiнtapticωtekнoн
secretus quidam	aΠoppнtoc
sermo sapien	aotoccocbi
cie de solo domino	acoyiococιoιcΠepi
omnium et	toyмoнoykyΠaнtω
praesciente	kaiΠpocнnooy
omnia deo, quem	мeнoyθyoн
dicere supra	eιΠeιнιΠep
hominem est	aнepωΠθнecti.

In his quaedam misere corrupta et mutilata esse, nemo non videt, idque in Latinis quoque: sic statim in linea quarta voci *verbo* demendae sunt duae postremae literae, *bo*, atque jungendae cum Graecis yaнcic, unde *βούλησις* prodit. Sed praestat haec ordine percensere: tres primae lineae in Latinis continent has voces: *causa autem hujus causae voluntas boni;* sed longe pleniora sunt Graeca: quae sic legenda sunt: *αιτιοσ δε τουτου του αιαιαιου ἡ του ϑι* (i. e. *ϑυ* s. *ϑεου* pro *ϑειου*) *αγετου αγαϑου* — ubi in *αιαιαιου* nihil aliud video, quam bis deinceps casu repetitam syllabam *αι*, atque tertium *αι* pro *τι* positum; in *αγετου* agnosco vestigia vocis *ἀγεννήτου*, quam editio A, ut vidimus, suppeditat. Ante *αγετου* excidit *καί*.

Sed maxime memorabilis est linea quarta: quae deum pro verbo, *υλησισ οσχσι*. Hic, ut jam diximus, *bo* adhaerendum est sequentibus Graecis, unde *βουλησισ* nobis se offert, praecedentibus Graecis jungendum. Sed quid ex reliquis Latinis faciam, *quae deum prover*, quid ex Graecis *οσχσι*, nullo modo video. Sed id mihi luce clarius videtur, vulgatam *ἡ ϑεὸν προήνεγκεν*, a codice nostro neque in Graecis neque in Latinis

agnosci, ita ut ab aliquo substituta putanda sit, qui, cum Graeca legere non posset, utcunque ea explevit.

Lineae quinta, sexta, septima, cum parte octavae haec continent: *dei nomen non potest ore hominum fari*)* το ονομα ου δυνται ανθρωτον νρω στοματ λαληθηναν, ubi Graeca facile in ordinem redigi possunt, si memineris, νρω repraesentare mediam syllabam vocis praecedentis ἀνθρώπου casu bis scriptam. Verum si Latinam interpretationem contuleris: *dei nomen non potest* etc. non injuria suspiceris, librarium legisse τὸ ὄνομα θυ i. e. θεοῦ οὐ δύναται etc. Sed sensus postulat, ut non de deo cogitemus, sed de dei filio. Recte itaque se habet vulgata οὗ τὸ ὄνομα οὐ etc. Primam itaque partem hujus fragmenti Hermetici sic recte nobis constituisse videmur:

αἴτιος δὲ τούτου τοῦ αἰτίου ἡ τοῦ θείου καὶ ἀγεννήτου ἀγαθοῦ βούλησις . . . . οὗ τὸ ὄνομα οὐ δύναται ἀνθρώπου (s. ἀνθρωπίνῳ**) στόματι λαληθῆναι.

Cetera jam faciliora sunt. Latina, quae codex habet, perspicua sunt; Graeca in hunc modum legenda:

εστιν γαρ τις ω τεκνον απορρητος λογος σοφιας ουιος οσιοις περι του μονου κυ παντων και προεννοουμενου θυ ον ειπειν υπερ ανθρωπον εστι; quod vulgatam lectionem in omnibus confirmat, nisi quod post ἔστι in initio cum veteribus editionibus recte γὰρ addit, quodque recte προεννοουμένου θεοῦ pro κυρίου ponit. In vocibus ουιος οσιοις aut errore calami ὅσιος bis scriptum agnosces, aut, quod praefero, leges ὅσιος ὁσίοις.

Ibid. §. 7.

„*Verum quoniam Graeci veteres* χρίεσθαι (expeιecθαι cod. Reg. i. e. εχρειεσθαι) *dicebant ungi, quod nunc* ἀλείφεσθαι (aaeicbecθαι cod. Reg. i. e. ἀλείφεσθαι), *sicut indicat Homericus* (*Homeri* cod. Reg.) *versus ille*:

αὐτοὺς δὲ δμωαὶ λοῦσαν καὶ χρῖσαν ἐλαίῳ

ob hanc rationem nos eum Christum (xp̄m c. R. *i. e.* χρμ, *compendio scriptum*) *nuncupamus, i. e. unctum, qui Hebraice Messias dicitur.*

---

*) Ubi notandum quoque *fari* passive positum.

**) Potest enim quoque fieri, ut scriptura codicis nostri ανθρωπυ νρω, quam alio modo antea explicuimus, depravata sit ex ἀνθρωπίνῳ, quae vulgata est lectio.

Unde in quibusdam Graecis scripturis, quae male de Hebraicis interpretatae sunt, ἠλειμμένος, id est unguento creatus (codex Regiomont., ut Gothanus apud Bunemannum *unctus* ΗΛΙΜΜΕΝΟϹ *i. e.* ἠλιμμένος) *scriptum invenitur ἀπὸ τοῦ ἀλείφεσθαι* (*ab unguendo* ΑΠΟΥΟΙΜΕΙϹΒΕϹΘΑΙ *i. e.* απο νου αλειφεσθαι cod. Reg.)."

Versum Homericum paulo aliter in ipsis Homeri carminibus (Iliad. ω, 587. Odyss. δ, 49. θ, 454.) legi notavit Cellarius.

τὸν (τοὺς Odyss. δ, 49) δ' ἐπεὶ οὖν δμωαὶ etc. Sed recepta Lactantii lectio serioribus editoribus debetur. Editiones veteres non αὐτοὺς habent, sed aut τὸν, ut A, aut τοὺς ut B, C. Immutatum est ob metrum, quoniam syllaba versui deesse videbatur. Sed bene Cod. Reg. toyaeΠoioyнaмωιaoycaнkaiχpe ιcaнeaaiω i. e.

του δ εποι ουν δμωι λουσαν και χρεισαν ελαιω.

Reddendum itaque Lactantio

τοὺς δ' ἐπεὶ οὖν κ. τ. λ.

Verbis Graecis in codice nostro praemittitur Latina interpretatio in cod. Reg., quae hoc loco ita mirum in modum a verbis Graecis discrepat, ut, quid interpres legisse videatur, nemo facile assequatur: *quos propitia bonitate unxerunt oleo.* Ceterum de forma ἠλειμμένος et ἠλιμμένος cf. quae diximus ad Lucian. Catapl. c. 24. in Misc. Critt. T. II. p. 226.

Lib. IV. cap. 13. §. 11.

„*Propterea Milesius Apollo consultus* (*cons.* deest in c. R.) *utrumne deus an homo fuerit, hoc modo respondit* (*respondebit* c. R.).

θνητὸς ἔην κατὰ σάρκα σοφὸς τερατώδεσιν ἔργοις,
ἀλλ' ὑπὸ Χαλδαίων κριτῶν ὅπλοις συναλωθεὶς
γόμφοις καὶ σκολόπεσσι πικρὴν ἀνέτλησε τελευτήν."

Transtulit hinc hos versus Opsopaeus in collectionem oraculorum Graecorum, ad calcem Sibyllinorum pag. 6. (pag. 14. Gall.) sine lectionis varietate. Neque in editionibus veteribus quicquam a lectione recepta discrepat, nisi quod edit. A rectius praebet ἀνέπλησε, quod confirmatur ab interpretatione Latina, quae in omnibus veteribus editionibus comparet, *amarum finem complevit**). Verum sunt praeterea plura in recepta lectione, quae ferri nequeunt. Nam κριτῶν primam semper corripit,

*) Eadem interpretatio exstat in codd. R. et Vratisl.

quae hic producitur. Praeterea *συναλωθεὶς* omnes a *συναλίσκομαι* derivasse videntur; veteres enim editiones vertunt *armis comprehensus*, Cellarius, *captus armis* *). Verum *ἁλωθεὶς* pro *ἁλοὺς* non magis Graecum est, quam *ἡλωμένος*, quod olim in Xenoph. Memor. 2, 6, 22. legebatur. Sed longe aliter Graeca verba codex Regiomontanns exhibet hunc in modum:

Mortalis erat	онитостениkata
